

ESTICA  
A. 5085

64.

869

1768

mandatis superiorum imorigeri, inter vos ipsos discordes & contentiosi, in officio segnes, falcem alter in alterius messem mittentes, in vita & conversatione dissoluti esse velitis: Munus quod alias in se satis grave & molestum est, mihi duplo gravius & molestius estis reddituri. Verum ad obedientiam, concordiam, fidelitatem & diligentiam atque alias virtutes vestro munere dignas vos adhortari, vel per se integram requirit orationem. Quamobrem hac re in presentia supersedeo. Praesertim cum nequaquam dubitem quin quisque vestrum Spartam quam natus est sua Sponte exornare conetur, sibi que concrediti muneris rationem aliquando reddendam non ignoret.

Ad conclusionem ergo festinemus. Deus Opt. M. qui Ecclesiae suae se perpetuo affuturum promiserat. Non n. dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel: sed ubi duo vel tres tantum sunt congregati in nomine ipsius, in medio eorum est, & nobiscum etiam ad consumationem seculi se mansurum pollicitus est: Is inquam nobiscum sit omnibus, suoque Sancto Spiritu nos omnes regat & gubernet, quo ita quisque suo numeri praesse valeat, ut cuncta quae suscipimus, agimus, perficimus in nominis ipsius aeternam gloriam, in Ecclesiae ipsius aedificationem, & propriam cujusque salutem sempiternam cedant. Quod faxit ille idem Misericors benignusque Deus per Jesum Christum filium suum dilectum, cui laus & gloria cum patre & Sancto Spiritu nunc & in omnia secula.

D I X I.

ORATIO  
INTRODUCTORIA 8  
ad Archiepiscopatum Ubsalensem,

De  
REGNI CHRISTI  
in terris, seu Ecclesiae militantis legitima CONSTITUTIONE, nec non legitime constitutae diuturnae CONSERVATIONE.

Habita

U B S A L I A E,

In Collegio Veteri Majore, presentibus Magnificis, Illustribus, Reverendis, Nobilissimis, Claris. Doctis. Venerabilibus. & humanis. Ordinis Ecclesiastici, Academicis & Politici personis, die Divo Matthaeo sacra, quae est XXI.

Septembris, Anno

Ῥησ ρησ ρησ ρησ ρησ  
cIo. Idc. XXXVII.



Excudebat Aeschillus Matthiae Acad. Typog.

## PRÆFATIUNCULA.

Professio-  
nis Vacā-  
tia, recom-  
pensatur.

I.  
Episcopa-  
tum;

1. Variorum  
præ-  
sentatio-  
ne.

2. Stren-  
gnensis  
Commis-  
sione.

**A**nni effluxerunt, N. N. N. N. & c. plus minus triginta, ab eo tempore, quo Cathedram hanc Academicam, nostris Prælectionib. Disputationib. Perorationib. adde etiā Magistrorum & Baccalaureorum Promotionibus, spacio propemodum Quatvordecim annorū haud leviter illustratam, ob suspiciosam quandam Potentis. quondam Sveconum, & c. Regis, CAROLI IX. sanctiss. memoriae, indignationē, intempestivē deserere, Et in vicinā Ecclesiā Nāsdomicilium collocare coacti sumus. Anno interea præterlapso, cognita nostrā innocentia & consideratis laborib. in Academiā exantlatū, Regia illius Majestas de prælustri aliquā functione Nob. prospicere cupiens, tres Episcopatus clementer obtulit; Primò Arhusiensem, sub egressum Anni disgratiæ 1606. Idē, Stockholmia per Ericum Georgij arcis Castellatum; Deindē Aboensem, in Aula Westby prope fodinam argenteam Salensem, Anno 1607. per D. Nicolaum Chesnecopherum Aula Cancellarium; Tertio Scharensem, initio A. 1608. in Comitij Orebrogensib. accedentib. suffragijs Ministerij ibidem tum congregati. Quid verò causa fuerit, quòd nullam harum functionum acceptare voluerimus, hujus neq. loci neq. temporis est commemorare. Tandem verò circa finem A. 1608. me è Legatione Livonicā, unā cum Illustris. Dn. Magno Brahe, Comite de Wistingborg / & c. Illustri Dn. Nicolao Bielke de Salestad / & c. & reverendis. Doct. Petro Kenicio, reducem, honorificentiss. præfatus Rex CAROLUS; & c. Stregnesium evocatum, illius Dioeceseos Episcopum, præsentib. Regni Senatorib. Sacro Ministerio & Ordine Civili, in propriā personā solenniter inauguravit. Quā a. fidelitate istam Dioecsin, annos XXII. & quod excedit, administravi-

mus,

rimonia Ministerij Stregnesiensis, ad Illustriss. Regiæ Senatus proximo Conventu Stokholmensi reverenter perscripta; Testantur suspiria & lachrymæ, vota & supplicationes à toto Clero in nuperâ Synodo Streg. habita & profusa.

Et si autem nihil magis in votis unquam habuimus, quàm ut præfata Dioecesi Stregnesianæ nostram operam usquē ad extrema fata collocarem: Verumtamen cum & Divino nutu, & Supremi Magistratus autoritate ac rogatu, nec non Collegarum meorum crebris compellationib. & Cleri Comitialis suffragijs, pristina Cathedræ & Dioecesi jam tandem simus restituti; Ecquid aliud deinceps nob. factu opus esse existimabitis, nisi ut Spartam nostræ fidei commissam, quā par est industriā ac fidelitate exornemus? Id quod ita commodis. futurum arbitramur; Si Primò de legitimā Ecclesiæ Dei CONSTITUTIONE, & legitimē constitutæ fidelissimā CONSERVATIONE; Deindē de Praxi Ecclesiasticā, seu necessariā Ecclesiæ administratione, sub initium nostri Præsulatus, vos accuratiùs aliquantulum commonefecerimus. Verum antequam rem illam adgredimur, precium operæ judicamus, ut Diplomata Regia de nostrā ad arduam hanc atq. difficilem provinciam vocatione, augustissimo huic Auditorio prælegantur; Quā in re suam nob. operam præstet Clariss. M. Ericus Emporagrius, Physicæ Professor Ordinarius, illum officiosè rogatum volumus! Et quidem:

I. Repræsentatorium, Nob. per tabellarium Stregnesij redditum, hoc tenore:

**CHRISTINA, medh Gud; Nās  
de / Sveriges / Gøthes och Wändes, & c.**

**W**år sonnerlige ynnest / Nådige willia och bēd-  
senhet medh Gudh Alzmechtigh tilförenne. Wj fun-  
ne

A 4

119. nostram  
et dignis de  
claris. etc.  
tuz. d. d. p. m. Diploma Regium de nostra sic vo-  
catione, nos restitutum. Tr. aut. quid  
II.  
Archiepi-  
scopatu.

*ne alle  
577  
indis förfel  
la: anst  
Vre gub  
aly vrosig*

Älskmedeligh Gudsör tans (för någon rum tidh sedan) igenom  
Dödhens hadan kalla / fordom Wår och Rikszens troo Man och  
Erchiebiscop / S. Doct: Petrum Kenicium, och Dss och Riks  
ket anlagit är / at thet vacerande Erchiebiskops Sätet åter mots  
te medh en skickelig man aff lärdom och ett Christeligie Isfver  
ne / försorgdt blifwa. Hwarföre / och medhan såsom Bispernes  
och Clerisies måste vota, åre vthi sidstholdne Mötet på Eder  
person falne / och Dss så communicerade wordne / Ty haffue  
Wij samma theras vota confirmerat. och Eder såsom den äld  
ste / och en lång tidh wål förtient af Gudz Försambling och Riks  
ket / til Erchiebiscop nådigst förordna welat: In et twi ständes /  
at I ju resten aff Eder Lifstidh / warde obeswårade vthi then  
ne kallelse / til Gudz Församblingsienst och bästa användans  
des. Och wele här medh haffua Eder Gudh Alzmechtigh nå  
deligen befalladt. Aff Stockholm den 20. Maij, år 1637.

Högstbe:te K. Kong. M: s samt Sweriges Riktes re  
spectivē Förmyndare och Regeringz vnderkriffte.

## II. Confirmatorium:

**W**ij Christina medh Gudz Nådhe/  
Sweriges / Gøthes och Wändes vthforade  
Drottning och Arffurstinna / &c. &c. &c. Göre witterligt /  
at emedhan fordom Ehrelyrdig och nu mere Sal. hos Gudh  
Doctor Peder Kenicius, Erchiebiscop vthi Bbsala / är för  
någon tidh sedhan igenom then timelige dödhens hadan kalladt /  
och wij der hoos nogsampt kunne pröfwe / huru högnödig är / at  
en Lård och skickelig Man igen dñt vthi hans ställe förordnas /  
som samma Embete belådha / och om Stichtes wårdande så  
ket ordentligen disponera och förrätta må. Hwarföre / och  
på thet lee så förnemligt och widd begripide Stichtet må / vthan  
wårdare drögymål / medh en Förman tilböriligen försorgdt blif  
wa /

til Wåre troghne Underfätter wårhande sig förordna  
Andelige som Lekamlige motto / Så och vthi anseende aff the  
Qualiteter medh hwilka Wår troo Man och för detta Biskop  
vthi Strengnås / Ehrelyrdig och Höghlård Doctor Lars  
PAULINUS är begåfwadt / förmedelst hwilke / så och sin flit  
och isfwer han vthi samma Sticht och Gudz Försambling der  
sammastådes hafwer skaffadt stoor frucht och nytto / och för  
then skul jemwål aff thes meriter och vthi Församblingen  
gjorde anseentlige och längelige Zienster / nådigst tilbetrode och  
förordnade / effter som Wij och här medh och vthi detta Wåre  
Breffz krafft tilbetroo och förordna honom / Doct. LAU  
RENTIUM Paulinum / at wara Erchiebiscop vthi Bbsala  
och öfwer des Sticht och Diocesi. Och skal han wara för  
plichtadt / at wara Dss och Sweriges Chrono huld / trogen och  
rätträdig i allo mätto / skadha och fördert / som han förnimmer  
wara åa förde / i tidh tillenna gifwa / och effter yttersta för  
mogenhet hielpa til at afwåria och förekomma: Serdeles skal  
han båra thet een flitigh omsorgh före / at Gudz saliggörande  
Ord må vthi alle Församblinger der i Stichtet blifwa reent /  
klart och oförfalst at Predikade / aldeles som thet vthi the Pro  
phetiske och Apostoliske Skriffter är författadt / och vthi then  
äldste / rätt och oförändrade / så och vthi Bbsala Concilio eno  
helleligen aproberade och wedertagne Augsburgische Confes  
sioncn är declarerat wordet / vthan någhon superstition eller  
Menniskelig påfund. Vthi een Summa / han skal witta wa  
ra sin plicht / the saker som Gudz Försambling vthi omberörde  
Sticht och hans Embete angå / därhån låmpa / at allt til Gudz  
åhro / och hans Församblingz vbyggelse medh högsta flit och  
alswar må fortsadt / drifwidt och förrättadt warda / och han sig  
vthi samma honom ombetrodde kall så förhålla / som han thet in  
för Gudh / Ds och hwar Ehrlig och Christen Man tryggeligen  
wil answara. Och på thet Wålbe:te wår Erchiebiscop thet

*wa. s. s. s. s.  
ny af s. s.  
tillig för  
jörg. o. s.  
s. s. s. s.  
H. till  
in s. s. s.  
ind. s. s. s.  
s. s. s. s.  
o. s. s. s.  
ring*

14 till  
15 till  
16 till  
17 till  
18 till  
19 till  
20 till  
21 till  
22 till  
23 till  
24 till  
25 till  
26 till  
27 till  
28 till  
29 till  
30 till  
31 till  
32 till  
33 till  
34 till  
35 till  
36 till  
37 till  
38 till  
39 till  
40 till  
41 till  
42 till  
43 till  
44 till  
45 till  
46 till  
47 till  
48 till  
49 till  
50 till  
51 till  
52 till  
53 till  
54 till  
55 till  
56 till  
57 till  
58 till  
59 till  
60 till  
61 till  
62 till  
63 till  
64 till  
65 till  
66 till  
67 till  
68 till  
69 till  
70 till  
71 till  
72 till  
73 till  
74 till  
75 till  
76 till  
77 till  
78 till  
79 till  
80 till  
81 till  
82 till  
83 till  
84 till  
85 till  
86 till  
87 till  
88 till  
89 till  
90 till  
91 till  
92 till  
93 till  
94 till  
95 till  
96 till  
97 till  
98 till  
99 till  
100 till

oc Rättigheter / som hans Antecessor, på sitt Embetes vägnar /  
för honom hafte och nuwilde hafwer. Wij befalle förthen Kuld  
alle / som vthi bemelte Vbsala Stichte bo / Adel och Dadel / så  
Præsterkapet som andre Ständz Personer / at the förbr:  
Doctorem Laurentium Paulinum för theres rätte Erchie och  
Bisshop erlenne / och honom tilbörlich Lydno vthi hans Embetes  
saker hörfambligen bewissa. Säsom nu hwar och een i så mæ:  
to gör / thet hans plicht fordrar / och thet honom sin rätta För  
man bewissa bör: Så wele Wij / hwar någon genstörtighet el  
ler wederrillie finnes hoos een eller annan / Erchiebisshopen / eff  
ter behörlich ansöknung och anfordran / medh Wäre görlige adli  
stence i billige saker secundera. Entannerligen och vthan  
thes / Skole wära Landzhöfdingz vthi Provincierne, som vnder  
Erchiebisshopsdömet relortere, säsom in loco städe / å  
Wäre wegnar rektia mehe och ostabemälte Erchiebisshop hans  
den / vthi the saker som han them om adlistance anmodandes  
warder / Förnemligen vthi Executionen af the Capitels saker /  
som brachium seculare nöddigt fordra. Här alle som wes  
derböre / och för Wäre skuld wele och skole göra och låta / wette  
sigh at effterrätta / så kært hwarion och enom är wär Dnåde at  
vndwiska. Til yttermera wisso / är thetta medh Wäre Secret,  
och Wäre sampt Sweriges Rikets Respective Förmyndares  
och Regeringz Vnderskrifte bekräftade. Datum Stockholm  
den Fempte Julij, år 1637.

Locus Secreti Regij,

- |                          |                     |
|--------------------------|---------------------|
| Gabriel Drenstierna      | Jacobus Delagardie, |
| Gustafson / S. R. Drogh. | S. R. Marck.        |
| Carl Goldenhielm /       | Axel Drenstierna /  |
| Rikets Admiral.          | S. R. Cansler.      |
| Gabriel Drenstierna /    | Früherr til Mörby   |
| och Lindholm / S. R.     | Slattmästare.       |

III. Man-

Christina medh Gudz Nåde / Sweris  
ges / Göthes och Wendes vthforade Drottning  
och Arfurstinna / &c. Wår ynnest och nådige wille medh  
Gudh Almæchtig tilförenne. Edher är / trogne Vnderstå  
tare / Capitulares och Præsterkap vthi Vbsala Stichte / någon  
wår påminnelse förvthan / mher än nogh kunnigt och witterli  
git / at Gudh Almæchtig hafwer täcks för någhon rum tidh  
sedhan / igenom then timmelige Döddhen hadankalla / fordom  
Wår troo Man och Erchiebisshop Saligh Doctorem Petrum  
Kenicium. Så althenstund tillijka medh Oss / I nogsampt  
kunne pröfwa / huru Fäderneslandet och Gudz Försambling  
högeligen är anlagid / at thet vacerande Erchiebisshops Sätet /  
äter smätte medh en Lård och skickeligh Man försörgdt blifwa /  
som Stiffet effter tarswen och tilbörlichen förestå / och om thes  
wårdnade saker ställa och förrätta kunde. Hwarföre / säsom  
thet iw vthan widare drögmål / til at så mycket mera för  
främia Församblingens bästa / hafwer most skee / haffue Wij  
effter föregängen i förledne år / vthaff alle Stiffe här vthi  
Riket närwarande Cleri præsentation och öfwerlestererande  
af thes votis, aff skäligh och richtige motiver, för godt och Gudz  
Försambling sampt Fäderneslandet nyttigt besunnet / at för  
ordne vthi framledne Sal. Kenicij ställe / til Erchiebisshop vthi  
Vbsala och öfwer thes Sticht och Diocesi, Wår troo Man oc  
för thetta Bisshop vthi Strengnäs / Oss Elskelig / Ehretyrdig  
och Höghlård Doctorem Laurentium Paulinum, och til then  
ände nu här i Stockholm / närwarande någre aff Disperne och  
Præsterkapet / latede honom inaugurerat, och til samma Embes  
te effter brukeligit sätt och wijs / förklara. Säsom wij nu wissers  
ligen förmodhe / at sådant förnembligen lärer Gudz helighe  
Namn til åhra / och thes Försambling til vpbyggelse / effter  
som allom noghsampt kunnigt är / medh hwadh stijt / öfwer och  
För

medh Vår nådige vilie/och til edher Vår alfwartlige befalning  
 at I bet: Doctorum Paulinum för edher rättte Erchie/ och  
 Biscop erkenne/och honom all tilbörtilig lydno vethi thet han eder  
 åå sitt Embetes wegner biudandes wårder / hörfamliken bes  
 wissa. Ther medh effterkomme I Vår endelige m:ening/ och  
 hwar och en gör thet hans plicht fordrar / och thet honom sin  
 rättte Förman göra och bewissa bör. Besalle eder Gudh Uz  
 mecheigh samptelligen nådeligen. Aff Stockholm thén 5. Julij  
 år 1637/

Högstbet: H. Kong. M:s sampt Sweriges Riktes  
 respectivē Förmyndare och Regering/

Gabriel Drenstierna	Jacobus Delagardie
Gustaf Son/S. R. Droz.	S. R. Marst.
Carl Gyldenhielm/ Riksz Ammiral.	Axel Drenstierna/ S. R. Cansler.
Gabriel Drenstierna/ Friherre til Möreby och Lindholm/ S. R. Skattmästare.	

*Nunc animis adeste, viri Fratres, & quæ ad DEI opt. max.  
 gloriam, Ecclesia illius emolumentum, atq; Officij vestri cum opta  
 tam dignitatem, tum fidelem Executionem faciunt, Studiose  
 auscultate, diligenter percipite, & accuratius  
 paulò considerate!*

Quid



Uid causæ sit, N. N. N. Quòd Deus  
 ter opt. max. post absolutum cœli ac ter  
 ræ opificium, præmissâ quasi accuratâ  
 deliberatione, Hominem ad suam ipsius  
 imaginem creârit, eumq; dominum re  
 rû omnium constituerit; Bernh. Serm 3.  
 in Nat. Dom. hac pulcherrimâ epistro  
 phè insinuat: *Factus, inquit, est Homo in terrâ & de terrâ: Non  
 tamen ad terram, neq; propter terram; Sed ad Cælum & propter  
 cælum.* Quib. innuit, Hominem quidem in terrâ à Deo  
 collocatum; Verùm non ut terrenis penitus immergere  
 tur, aut saltem terrena saperet: Sed ut oculis ad cœlum sub  
 latis, quæ sursum sunt quæreret, & ex visibilibus invisibilia  
 Dei, æternam videlicet ejus tum potentiam tum Divinita  
 tem cognosceret, adeoq; Ecclesiam DEO in terris constitu  
 eret, à quâ hic devotè coleretur, & deinceps in cœlestib. ta  
 bernaculis æternùm celebraretur.

*Hæc Ecclesia Regnum illud Christi existimandum est, in quo  
 illum à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos terre do  
 minaturum, à Prophetis jam dudum erat prædictum. Hæc est  
 sancta illa civitas & Jerusalem nova cœlitus descendens, & domus  
 DEI quam inhabitat hæreditas illa & possessio, quæ à Patre cœlesti  
 data est Christo Filio; In quâ is presentis: us regnat, & universos sa  
 luti æterna thesauros inter Regni hujus cives, per Verbum & Sa  
 cramenta cumulatis: dispensat. Quam idem S.S:us eam ob cau  
 sam, titulo Regni cœlorum, in historiâ Euangelicâ non ita infre  
 quenter indigitat. Hujus Regni incolas & cives fieri, imò tan  
 quâ domesticos familiae Christi omninò accenter oportet  
 B omnes*

II. 6. 10. 11.  
 De

I.  
 Fine Cre  
 ations  
 Hominis.

II.

Regni  
 Chri. seu  
 Ecclesia:  
 1. Descri  
 ptione.  
 Apo. 21, 2.  
 1. T. 3. 15.  
 Ofal. 2, 8.  
 1. C. 12, 28.  
 Eph. 4. 11.  
 M. 13. &  
 25.

2. Incolis,  
Quorum  
Ordo Tri-  
plex.

omnes æternum salvandos: Extra illud vò degentib. nulla unquam salus expectari potest, cum sint absq; Christo, alieni à Rep. Israël, extranei à testamenti promissionis, omni spe destituti & Dei expertes in hoc mundo, ut loquitur Apost. Eph. 2. 13.

Eph. 1. 21.  
Coll. 1. 16.  
Gen. 3. 24  
Esa. 6. 2.  
1. Thess.  
4. 16.

Quemadmodum a. in Hierarchiâ cœlesti, inter S. Angelos certi Ordines Divinitus constituti sunt, qui ab Apostolo distribuuntur in θρόνους, κρονοτάς, ἀρχάς, ἐξουσίας, δυνάμεις: Ita quoq; in Ecclesiâ militante, quæ Hierarchiâ cœlestis quasi quoddam est ἀπεικόνισμα, singulari DEI consilio certi Ordines sunt constituti, in quorum meditullio, perindè ac in proprio suo Sanctuario, Deus habitat & requiem sibi perpetuò selegit, ut est Ps. 46. 6. & 132. 13. Hi Ordines, ad effigiem mysterij S. S. <sup>τριάδος</sup>, tres numerantur, scil. Ecclesiasticus, Politicus & Oeconomicus, Quorum; Primus DEI gloriam, æternam hominum salutem & Ecclesiæ propagationem spectat per se, principaliter & immediatè; Reliqui duo mediatè contaxat & certo respectu. Etenim Politicus Ordo ideò institutus est à DEO, ut sit Ecclesiæ septum, vallum ac propugnaculum, per quod conservatur disciplina externa, administratur Justitia civilis, adseritur pax & tranquillitas, in hunc potissimum finem, ut operâ Ordinis Ecclesiastici, ex genere humano DEO in terris colligi possit Ecclesia.

1. Eccle-  
siasticus.

Oeconomicus ordo est Ecclesiæ seminarium, cujus beneficio humani generis propagationem Deus fieri voluit, eo fine, ut Ecclesiæ termini longiùs extenderentur, & ex seminario illo plantulæ Paradysi & arbores justitiæ in cœleste viridarium tandem transferrentur. Quòd si jam Ordines prædicti omnes & singuli, quod uniuscujusq; est officij fidelis, dederint executioni; Nullum est dubium, quin Decreto DEI, in hominis tum creatione tum redemptione, Quod est gloriae majestatis Divinae amplificatio, & æterna salu-

2. Politi-  
cus.

3. Oecono-  
micus.

salutis hominum propagatio, omnino & reipsa satisfieret. Quæ verò ratione quibusq; adminiculis illud ipsum à duob. illis Ordinibus Politico scil. & Oeconomico in effectum deduci possit & debeat, in Monarchiâ nostrâ Pacatâ satis, opinor, est explicatum.

Ad Ecclesiasticum igitur Ordinem, cui Regni Christi cura principalis & immediata Divinitus commendata est, institutæ orationis cursum dirigemus; Et quæ illi in hoc difficili ac necessario opere partes sint, perspicuâ brevitate ad oculum, <sup>συνεστῶς</sup>, commonstrabimus. Ubi inprimis observandum est, Universam Regni Christi politiam, Duo- bus niti Fundamentis, Nimirum; Primò legitimâ CONSTITUTIONE: Secundò constitutæ diurnâ CONSERVATIONE seu perpetuatione. Natura enim prius est, rem aliquam ex partib. suis Constituere; Posterius vò rei ita constitutæ Conservacioni operam dare. Sic Samuel Ecclesiam sub Eli ejusq; filijs collapsam: Primò constituit, populum ab idololatriâ ad legitimum veri DEI cultum inclinando; Exinde singulis annis Ecclesias ipsas visitando, ut ab ipso rectè constituta perpetuò conservarentur. Josaphatus rex Juda Ecclesias sui regni prius reformavit, auferendo Excelsa & Lucas, Postea Sacerdotes & Levitas, unâ cum suis Optimatibus per Universas civitates Juda emisit, Et insuper Consistorium Ecclesiasticum erigit, ut Ecclesias à se reformatas in vero timore & cultu Dei deinceps conservaret. Paulus & Barnabas non contenti apud Antiochenos, Iconios & Lysrenses, Ecclesias constituisse; Sed eodem post intervallum revertentes animos Christianorum confirmant, & per singulas Ecclesias, ut divitiis florent, presbyteros constituunt.

CONSTITUTIO igitur est prius administrationis Regni Christi fundamentum, quo certus ordo, immòtis cum Rerum tum Personarum legibus, secundum Verbum DEI compositus, ad legitimum Ecclesiæ statum conformandum introducitur. Rerum adpellatione intelligimus, partim In-

Propos-  
tio. De  
Admini-  
stratio-  
nis Ecce-  
siastica  
legitimâ:

1. S. 7. 3.

2. P. 17. &  
19.

Act. 14. 6.

A.  
Constitu-  
tione,  
Ex:

1. Rebus,  
tim In:

*a. Doctrina.* tim Doctrinam Verbi & Sacramentorum, Scriptis Prophetarum & Apostolorum comprehensam, Quae tota Fidei & Salutis fulcrum est generale; Partim Praxin, quae est Doctrina in opus actumq; continua deductio. Totius enim Christianismi Summa in hisce duobus primarijs capitib. consistit, nimirum ut: Primò Doctrinam Divinitus revelatam recte cognoscamus; Deindè cognitam ad pium Usum & praxin in quotidianam Poenitentiam sedulo serioq; traducamus. hoc est, Ut ex Verbo cognito Credamus, Et quae Verbo consentanea sunt Faciamus.

*2. Personis ij.* Personas Ecclesiasticas, quae circa praedictarum Rerum administrationem in Regno Christi occupantur, Apostolus duplices constituit: Primò Temporaneas, cujusmodi fuerunt Prophetae, Apostoli & Evangelistae; Quibus adnumerantur Apostolorum comites & *μαγιστρί*, qui Ecclesias ab Apostolis constitutas Verbo aiebant & conservabant, ut; *Timotheus, Titus, Barnabas, Philippus Diaconus Caesariensis, & alij.* Deindè Perpetuas, ut sunt Doctores & Pastores, *Qui indifferenter Episcopi, Gubernatores & Presbyteri, in Scriptis N.T. nominantur.* Atq; eiusmodi sunt Res & Personae; Quae ad Regni Christi politiam, in hisce terris rectè constituendam necessario requiruntur; De quarum salutari dispensatione, & quorumvis generum officijs, in Auditoribus rectè instituendis, accuratè examinandis, ad pietatis exercitia adsvfaciendis, atq; Fidei & Salutis aternae participationem fideliter praeparandis, nihil nunc dicemus amplius, cum haec omnia, Dei beneficio, in Ecclesijs Patriae; Et non ubiq; ita accuratè; Tamen aliquomodo, & quantum uniuscujusq; Provinciae consuetudo haecenus permittit, administrata fuerint.

*B. Conserva-* Ad alterum itaq; Politiae Regni Christi Fundamentum, hoc est, totius administrationis Ecclesiasticae Gubernationa-

nationem atq; omnium vestrarum pace, nos accingamus; Quae quidem Politiae Ecclesiasticae prora & puppis, imò ipse clavus merito censetur: Ita magni momenti, majorum molestiarum, maximarumq; difficultatum existit. Quò enim institutum quodcumq; sanctius, magisq; necessarium fuerit atq; saluiferum; Eò magis à Diabolo, Dei & Ecclesiae hoste à *αὐτῷ*, infestatur, à juratis illius Satellitibus impetitur, nostraq; ipsorum securitate, incuriam & negligentiam facile intercidit, aut *ἀτυχία* quadam involvitur atq; labefactatur. Quare non sufficit Res sanctas, utiles ac necessarias semel constituisse, easq; adhibitis idoneis Administratoribus in actum perduxisse; Sed in illarum Conservatione & diuturna Continuatione, ne opinione citius vel planè intercidant vel corrumpantur, omnium maximè laborandum erit atq; desudandum. Ecclesias in Galatia D. Paulus, tanquam sapiens architectus plantaverat; Sed quam inopinatò statim post illius discessum, Galata in aliud Evangelium translati fuerint, Isipse graviter conqueritur, Gal. 3. 1. Ecclesiam Corinthi illustrè per Jesuquiannum idem adornaverat; verum quantis schismatis, errorib. & scandalis illa iterum deformata & contaminata fuit? Septem illa illustres in Asia Ecclesiae, annon reprehenduntur, quòd Nicolaitas, Baalamitas, Isabelitae & Stepidos in sinu suo foverint, primamq; dilectionem abdicarint? Atq; ut compendio dicam, Omnium rerum tam Divinarum quam humanarum, ea in fragili hoc mundo est vicissitudo, ut nisi continuè & nunquam interpolatè serie custodiantur, & ad pristinum ordinem subindè revocentur, facillimè in deterius labantur, tandemq; evanescent, adeò ut non insecitè Poeta.:

Non minor est virtus, quam querere, parva tueri:  
Caelus inest illic, hic erit artis opus.

Ceterum Conservatio isthac administrationis Ecclesiasticae, duobus Adminiculis perficitur, CONVENTIB. scil.

B 3

*nationem atq; omnium vestrarum pace, nos accingamus; Quae quidem Politiae Ecclesiasticae prora & puppis, imò ipse clavus merito censetur: Ita magni momenti, majorum molestiarum, maximarumq; difficultatum existit.*

*Quò enim institutum quodcumq; sanctius, magisq; necessarium fuerit atq; saluiferum; Eò magis à Diabolo, Dei & Ecclesiae hoste à αὐτῷ, infestatur, à juratis illius Satellitibus impetitur, nostraq; ipsorum securitate, incuriam & negligentiam facile intercidit, aut ἀτυχία quadam involvitur atq; labefactatur.*

*Apo. 2, 3.*

*2. Instru- menta & Duo, scil.*

et dicitur  
omnibus  
ut dicitur  
Colum (14) dicitur  
gloriam gratia  
dicitur

in hincis gradib. in salutari Ecclesie administratione tam est  
necessarium tamq; adamantino complexu invicem com-  
binatum, ut alterutro vel omisso, vel saltem aliquousq; in-  
termisso, tota administrationis Ecclesiasticæ cura, quæq; in  
illam confertur opera, ociosa planè sit atq; infrugifera, neq;  
aliter sibi constare poterit, quàm si quis funem ex arenâ ne-  
scire conetur. De his igitur deinceps dicemus.

I.  
Conven-  
tus, Quo-  
rum:  
I.  
Actiones.

CONVENTUS Ecclesiastici sunt congregationes pu-  
blicæ piorum hominum legitimè vocatorum, ut inter illos  
de rebus sacris, ad Ecclesie ædificationem pertinentib. in-  
stitutâ deliberatione, Decisiones verbo Dei conformes com-  
muni consensu statuuntur. Quemadmodum autem totam  
Ecclesie Constitutionem circa duo Objecta principalia ver-  
sari, paulò antè ostendimus, Doctrinam videlicet & Praxin:  
Ita Conventuum administratores, suo quilibet loco & or-  
dine providere tenentur; Primò, ut per S. Conciones & Ex-  
aminationes Doctrina Fidei pura & incorrupta propona-  
tur: Utq; ad hunc finem obtinendum, Ecclesijs & Scholis i-  
donei præficiantur ministri. Deindè ut Sacramenta Ba-  
ptismi & Cœnæ Dominicæ, juxta Christi institutionem legi-  
timè administrantur: Præterea ut Disciplinâ diligenter  
observatâ, ad piam & Euangelio dignam conversationem  
omnes & singuli extimulentur. Atq; ut rem uno verbo  
complectamur; Scopus omnium actionum, in quibusvis  
Conventib. tractandarum, erit Dei gloria, mutua ædificatio in Fi-  
de & vita Sanctimoniâ, nec non sincera per fraternas consulti-  
ones animorum coalitio.

II  
Species,  
Alij:  
A.  
Vulgares  
ijq;:

CONVENTUUM Ecclesiasticorum species seu gradus  
ita distingvi, & ad patriæ consuetudinem ad commodari pos-  
sunt, ut alij Vulgares sint, alij Solennes: Quorum illi rur-  
sus Parochiales & Classici; hi Synodici & Consistoriales sta-  
tuantur.

CONUSCITA

Parochiales dicuntur, qui à Pastore cujusvis Ec-  
clesie singulis annis aliquoties instituuntur, in quib. adhi-  
bitis Senioribus seu Sexviris & Tutoribus Templi, inquisi-  
tionem facit cum omnibus suæ curæ concreditis: An exer-  
citia pietatis suum apud Auditores vigorem habeant? Num  
reperiantur inter illos Verbi Dei & Sacramentorum con-  
temptores, vel qui examen Catecheticum respuant atq; a-  
versentur? An lites & jurgia, in familijs aut inter vicinos  
deprehendantur? An intermittantur Preces matutinæ,  
vespertinæ, mensales, aliaq; ejusmodi? Ubi verò quidquam  
horum animadversum fuerit, Conventus hujus cardo in eo  
versabitur, ut peccantes & vitæ scandala alijs præbentes se-  
riò corripiantur. Hisce peractis, Inquisitiones de Reditib.  
& ædificijs Templi, de decimis, testamentis, alijsq; ejusmo-  
di negocijs, pro re natâ occurrentib. placidè suscipiantur.  
Ob quas causas, Conventus hujusmodi Suetico idiomate Sochnas  
stempnor dici consueverunt. Hujus generis Conventum videtur  
& Deus ipse instituisse, cum suorum beneficiorum memoriam liberis  
commendandam Israëlitis præcepit; Et Jacobus Patriarcha cele-  
brasse, cum ex Mesopotamiâ in Chanaan redux, domesticis seriò in-  
junxit, Ut abjectis Dijs alienis, Deum cæli & terræ deinceps co-  
lerent: Deindè ut sese mundarent, hoc est, à cœdib. latrocinijs, libi-  
dinibus & alijs corporis animiq; inquinamentis abstinerent: De-  
mum ad altare in Bethel erigendum, Deoq; pro beneficijs gratias a-  
gendas se dignè prepararent. Nec multò aliter senex ille Mathathias  
Sacerdos Domini, videns afflictiones populi Israëlitiici, convoca-  
tos omnes in civitate Modin, qui zelum habebant legis Mosaicæ, ad  
cultus Divini reverentiam sedulo adhortatus est.

1. Paro-  
chiales.

Exod. 13,  
8. 14.

Gen. 35. 2.

1. Macc. 2,  
27.

CLASSICI Conventus dicuntur, qui quotannis su-  
scipiuntur à Præposito, in singulis sui Accolatus Ecclesijs,  
potissimum ad Examen Catecheticum accuratiùs continu-  
andum, aliaq; incidentia Ecclesie negotia expediunda:

2. Classi-  
ci.

Tum

CONUSCITA

1. S. 7. 16.

Neb. 13.  
10.

Tum etiam tempore præsertim autumnali, ad rationem conferendam, quâ fide Decimæ à parochianis in ædes frumentarias Templi & Pastoris sint investæ; *Cujus rei gratiâ conventus illi Prostetung, aliquandò nominari solent.* Deindè extraordinariè, à commissarijs Consistorialib. quandò Ecclesiæ necessitas hoc postulat, aut ejusmodi incidant negocia, quæ Præpositi curâ expediri nequeant, vel moram non ferant donec ad Consistorium deferri possint. *Hoc modo Samuel quotannis circumiens territorij sui Civitates, populi convocati querelas audivit, & controversas graviores diremit. Nehe- mias cum cognovisset partes de annuis proventibus Levitis ad tempus non fuisse traditas, Optimates in loco publico convocatos seriò objurgavit, Quòd populo licentiam illam dederint, ut neglecto cultu Divino & Ministerio, tantùm privatis suis commodis & facultatib. cumulandis essent intenti. Undè commotus omnis Juda, in posterum Decimas Frumenti, Vini & Olei in horrea & cellaria, sacris proventibus destinata, adportabant; Quæ deinceps à constitutis Curatorib. inter Levitas sine fraude distribuebantur.*

B.

Solennes,  
Quorum  
alijs.

1.  
Synoda-  
les.

CONVENTUS Ecclesiastici Vulgares ejusmodi sunt: De Solenniorib. quos Synodos & Consistoria adpellamus, deinceps erit dicendum. Quantum autem momenti ad veræ Religionis propagationem, & Ecclesiæ Dei incrementum Synodici Conventus adferant, vel indè pericipi potest; *Quòd Licinius tyrannus, qui cum Constantino M. aliquamdiu Imperium tenuit, exitium Ecclesiæ machinatus, cum nihil haberet quod comminisceretur aliud, hanc legem promulgavit: Ne Episcopi inter se de reb. Ecclesiarum vel suis communicarent: Ne cuiquam illorum copia esset aliquam Ecclesiam in proximo sitam adeundi; Neq; Conventus, aut concilia, aut deliberationes de reb. ad Ecclesiæ vel ipsorù utilitatem spectantibus instituendi: ut auctor est Euseb. l. 1. de vitâ Constant. c. 44.* Verumtamen quia incidentes de reb. Ecclesiasticis controversiæ non possint, quàm per le-  
giti-

CONVENTUS

gitimam Synodorum consultationem commode gemini. Et frequenter sese offerunt negocia, quæ ad plurium Ecclesiarum & Ministrorum cognitionem devolvi oportet, quorum interest ut in tempore deliberationes instituant, quid de ijs consilij in rem Ecclesiæ capiendum sit; Non raro etiam hisce exulceratis mundi dehiçentis temporib. novæ opiniones & permolestæ religionis corruptelæ Ecclesiam exercent, Quæ nisi maturè reprimantur, veluti gangrana latius serpunt, certissimamq; secum perniciem adferunt: Sapè etiam fit ut Ministrorum quidam, si suo ingenio vivere permittantur, ocio diffuant, studijs nuncium remittant, dissolutiorem vitam agant, & Ecclesias suas in atheismum, contemptum Verbi, multaq; prophanitates evadere sinant; Aut ut maximè frugi sint, & Ecclesias suæ fidei commissas rectè administrare cupiant; privato tamen studio & industriæ propriæ relictis, virib. impares sint: At aliorum conversatione, colloquijs & consilij adjuvi, plurimum unius alteriusvè diei, imò paucarum horarum spacio levaminis sibi adferri, mirisq; modis & in studijs & Ministerij sui partib. se juvari sentiunt. His igitur alijsq; de causis consultum imò pernecessarium est, aliquam multos Ecclesiarum Ministros interdum convenire, & de reb. Ecclesiasticam administrationem, eorumq; studia & officia concurrentib. placidè inter se conferre, & aliorum sententias ac judicia audire, seq; invicem excitare & edificare. Undè in Concilio Constantinopolitano, A. Christi 385. statutum fuit, ut cuiusq; Dioceseos & provincia res Ecclesiasticas Synodus dispensaret. Cui Decreto Theodosius suffragatus est, teste Socrate Hist. Ecclesiast. l. 5. c. 8. *Quantam utilitatem ex Synodicis disquisitionib. hauserit excellens ille Ecclesiæ antistes Gregorius M. lib. 2. in Ezech. apertè fatetur: Multa, inquit, in Sacro Eloquentio, quæ solus intellige e non potui, coram Fratrib. meis positus intellexi. Item l. 7. Epi.*

Artificij

Synodici

Epist. 110. Ne qua inter Fratres dissensio, ne qua inter Praepositos & subiectos sine sementa discordia, in unum convenire Sacerdotes necessum est, ut ex pia incidentium causarum disceptatione, salubri sententiarum collatione, & jucunda Fratrum concordia, quatenus per hoc & praeterita deliquita corriguntur & Regulam futura suscipiunt, omnipotens Dominus collaudetur.

Synodorum  
Alia sunt:  
1. Diocessana.

Porro Synodi, aliae sunt Diocessanae, aliae Provinciales. Diocessanas Ordinantia Ecclesiastica vocat, ad quas Ministri verbi ex una eademque Diocesi, apud Templum Cathedrale quotannis agminatim confluunt. Et principaliter de duab. illis totius administrationis Ecclesiasticae partibus. Doctrinam nimirum & Praxi, deque alijs negocijs mutuam aedificationem concernentibus tractationem instituunt. De quarum legitimam formam & processum, deinceps dabitur admonendi occasio.

Congressus ejusmodi Ecclesiasticos, Religionis & cultus Divini ergo, in populo Dei, inde usque a Mundi primordio utilitissimos fuisse, citra omnem controversiam verissimum esse, S. historia evidenter convincit. Quid enim aliud fuerunt congregationes illae Patriarcharum ante & post Diluvium? Et deinceps usque illi Conventus gentis Israeliticae, qui statim temporibus oppidatim & vicatim fiebant, maxime vero in Sabbatis? Ubi Moses ab antiquis generationibus habebat, qui ipsum legendo interpretabantur. Quid terna illa anniversaria Israelitarum in unum locum Divinitus destinatum conventiones, Quarum una in Paschatos, altera Pentecostes, tertia Tabernaculorum solemnitate, habebantur? Nonne ipsae Synodi fuerunt, in quibus populus Israel simul & q. uno ore conjunctim Deo vota sua reddiderunt; de Lege, Ceremonijs & Promotionibus Divinis colloquia instituerunt, & solennibus convivijs mutuum benevolentiam stabilierunt aut redintegraverunt? ut testis est Iosephus de Ant. Jud. l. 4. c. 8. In N. T. piarum Synodorum Ecclesia hinc inde fit mentio. Etenim, ut de B. Maria Virginis, Elizabethae & Zachariae in civitate Hebron: Parentum Christi, Han-

L. 1. 39.  
C. 2. 22.

Synoda

na prophetissa & Simeonis, in templo Ierosolymitano, cum multis sanctis, Baptista & plurimum Iudeorum apud Jordanem congregatio- nib. nihil dicam: Quae tamen a Scriptoribus Ecclesiasticis Synodi & Concilia, licet in latiore significatione, quandoque nominantur: Certè Conventus ille Christi cum praecipuis antesignanis ex Triumphante & Militante Ecclesia in monte sancto; Et Apostolorum congregatio Ierosolymis, ubi in Iudae proditoris locum Matthias eligitur; Ne non illa altera, ubi Petro & Johanne a perverso Pharisaeorum senatu reversis, tota multitudo servens, sicut precibus Deum invocat pro felici praedicationis Evangelicae successu, Piam & legitimam nob. praescribunt Synodorum formam, ad quam si actiones Ecclesiasticorum Conventuum etiam nunc hodie conformarentur, non dubium est quin eorum exitus ad Dei gloriam, Verbi caelestis propagationem & salutiferum Ecclesiae molumentum cedant. De hoc Synodorum genere loquitur Canon 27. Apostolis assignatus, Nec non Canon 5. Concilij Niceni, ubi constituitur; Ut ob controversias religionis & doctrinae, vel etiam de alijs Ecclesiasticis negocijs, obortas, per singulos annos in singulis provincijs, his Episcoporum Concilium fiat, ut simul in unum convenientes ex communi provincia motas Quaestiones digna examinatione perpendant & decident. De similib. Synodorum Constitutionibus agit Canon 20. Concilij Antiocheni, quod habitum fuit circa A. C. 240. Item Gratianus dist. 18. Concilium Agathense Can. 71. Concilium Tolet. XII. Can. 12. Nec non Ordinantia nostra Ecclesiastica cap. de Ministerio, pag. 59. versas: Ut mirum sit, hanc Synodorum consuetudinem, magno cum Ecclesiarum & Ministerij incommodo, in quibusdam patriae Diocessibus, ad plures annos aliquando fuisse intermissam & neglectam; Quae de re graviter conqueritur Basilijus M. Epist. 33. ad Nazianz. sic scribens: Si secundum Statuta antiqua, & eam, quam Ecclesiae debemus, curam & sollicitudinem, saepius per annum convenissemus, Januam certè haereticis & calumniatoribus non aperissemus.

M. 3. 13.

C. 17. 1.

Act. 1. 15.

C. 4. 23.

C. 2

Pro-

Diocessana

2. *Pro-  
vinciales*

PROVINCIALES Synodi sunt congressus solenniores omnium Ordinum, vel præcipuorum capitum è singulis Ordinib. alicujus Regni seu provinciæ, peculiari Magistratus jussu, neq; tamen sine Ministerij consensu, convocatorum, in quib. publica de corruptelis & abusib. Religionis tollendis, de verâ Verbi doctrinâ restaurandâ, deq; disciplinâ & ritib. Ecclesiasticis vel redintegrandis vel emendandis, deliberatio communib. singulorû votis instituitur. Ejusmodi congressus in populo Dei haud rarò sunt habiti, Quoties videlicet à prophanis opinionib. & gentilium Idololatricis superstitionibus, animi hominum repurgandi fuerunt. Hujus rei exemplum Deus ipse præbuit, cum vera religionis restauranda ergò, initio mensis tertij egressionis ex Ægypto, convocato ad radices montis Sinai universo populo Israël, factaq; sub conditione perpetua obedientia mutui fœderis stipulatione, inter horrenda tonitrua & densiss. as tempestates, per Angelum, tanquàm cœlestem suum Cancellarium, Legem promulgaret. Moses Divinâ revelatione diem obitus sui cognoscens, Synodum universa multitudinis coëgit, in quâ breviss. am totius Legis summo carmine heroico, ut Josephus censet, comprehensam, illis ediscendam proposuit; Deinde habitâ beneficiorû Dei in populû Israëliticum, nec non seriâ de obedientiâ Deo vicissim præstandâ commonefactione, ascendens in montem Nebo è regione urbis Jericho, vita sua curriculum feliciter conclusit. Josua ad extremam senectam vergens Synodû universa nationis Israëliticæ in Sitib agri Sichemitici, prope quercum quæ erat in atrio Sanctuarij, ubi Jacob patriarcha familiam suam ante annos serè 300 repurgaverat, celebravit; In quâ veram Religionem populo conservandam magnâ severitate commendavit, & fœdus quod inter Deum & populum iam dudum vivo Mose sancitum erat, non modò renovavit; Sed & factâ stipulatione erectoq; lapide testimonij, solenniter confirmavit. Eodem modo Samuel initio gubernationis sibi Divinitus commissæ, populum Israëliticum de miserrimo Reip. statu multis lacrymis con-

Synod

querentem audiens, eum in oppido Mispâ congregat, habitaq; Con-  
sione, ut abolitâ omni Idololatriâ, in toto corde ad Deum conver-  
terentur, seriò ad hortatur. Id vò cum fecissent, Jehova suam illis  
misericordiam insigni miraculo declaravit, hostib. Philisthæis partim  
cœlitus fulmine & tempestate, partim gladio Israëlitarum cæsis &  
profligatis. Pari studio David statim initio regni sui, cum sub impio  
Saul cultum Dei neglectum, & religionem varijs superstitionib.  
corruptam videret; Deindè cum Officia & Ordines inter Sacerdo-  
tes & Levitas constitueret; Et tandem cum sub finem vita, filium  
Salomonem regni successorem designaret, consilio cum Seniorib. com-  
municato, ter Synodos convocavit, in quib. corruptelis & abusib.  
abrogatis, sincera religionis studium universa multitudini magno  
zelo commendavit. Quòd si reliquas V.T. Synodos earumq; actio-  
nes, utpotè sub Josuâ, Samuele, Davide, Salomone, à prophetâ Eliâ,  
Rege Jehu, alijsq; pijs regib. habitas (quarum pleni sunt libri Josue,  
Samuelis, Paralipomenon, Esdra & Nehemia) commemorare ani-  
mus esset, dies quàm res maturius me deficeret.

Ad illorum exemplum Synodi Provinciales, non ita  
paucæ, in Sveciâ habitæ sunt: Primùm à pientiss. o rege  
GUSTAVO I. contra idolomanias Pontificias Orebrogiæ,  
A. C. 1529. Ludosiæ in Vestrogothiâ A. C. 1541. Arbogiæ  
A. C. 1542. Et tandem Ubsaliæ A. C. 1549. contra Papisticû  
Interim, à Carolo V. in Sveciam pro confirmatione trans-  
missum; Sed à nostris penitus repudiatum. Deindè à R.  
Johanne III. Ubsaliæ A. C. 1572. Ubi variæ hæreses Pontifi-  
ciæ, Calvinianæ, Anabaptisticæ, Liquoristicæ, quæ sub tu-  
multuoso bellicosi regis Erici XIV. imperio in regnum ir-  
repperant, abrogatæ; Et Vera Evangelica religio prius re-  
cepta, unâ cum Ordinantiâ Ecclesiasticâ, Anno proximè  
præcedente typis expressâ, publicis Regis omniumq; Regni  
Ordinû suffragijs fuit confirmata. Præterea à R. Carolo IX.  
Ubsaliæ, A. C. 1593. de Romano Svecicæ Liturgiæ, aliarûq;  
omnium hæresium abrogatione.

C 3

Ad

2. Par. 13.  
28. & 29.

2. Par. 7.  
& 9.

1. R. 18, &  
2. R. 9.

Synod

3. Nationales.

Ad hanc Synodorum speciem commodiff. referri possunt Concilia Nationalia, Quae sunt Universales Conventus, ad quos ex plurib. regnis & provincijs, imò remotis etiam terrarum intervallis, non Theologitantum, sed & Politici, eruditione, prudentiâ rerumq; plurimarum usu præstantiff. consociationem quandam ingressi, ad communes Ecclesiarum suarum causas & negocia deliberanda congregantur. *Qualia fuerunt Concilia IV. Oecumenica, utpotè Nicænum, à Constantino M. contra blasphemias Arrii & Samosateni, A. C. 325. Convocatum, congregatis 318. Episcopis, durans ultra triennium. Constantinopolitanum à Theodosio I. A. C. 385. Convenientib. 150. Episcopis, repetentib. Symbolum Nicænum, & simul Macedonianos seu Pneumatomáxas damnantibus. Ephesinum à Theodosio juniore, A. C. 431. Episcopis plusquam 200. contra Nestorium collectis. Chalcedense &c. Verùm de his sermonem prolixius instituire minimè precium opera ducimus, præsertim quòd hoc perturbatis.º rerum omnium statu, inter tam horrendas imperatorum ac Principum discordias, ejusmodi consociationes ne sperari quidem, tantùm abest ut obtineri queant.*

2. Consistoriales, quae sunt:

De Conventib. Synodijs, quantum quidem instituti nostri ratio flagitare videtur, hætenùs diximus; Sequitur alterù genus Conventuù solenniorum, quod CONSISTORIUM vocant, ex Ecclesiasticis potissimum Personis, rerum spiritualium probè gnaris, veròq; pietatis adfectu & zelo promovendi regni Christi præditis constans; Ad quod quaecunq; in Conventib. Inferiorib. & Synodijs decideri non potuerant aut debuerant, quaeq; extrinsecùs adferuntur negocia, vel merè Ecclesiastica vel quandoq; mixta, ex Verbo Dei & Constitutionib. Ecclesiasticis deciduntur. Quia enim Ecclesiae Praesulib. ex mandato S. S. in omnib. ut officij submemores non paucorum tantùm, sed universi gregis suae fidei S. S.º commisi, quam fideliss.º curam gerant.

CONSISTORIUM

Id vò cum tanta sit difficultatis, ut Unius alteriusve opera expediri nequeat; Apostolis eorumq; Successorib. in primitivâ Ecclesiâ moris fuit, ut exemplo Moysi, viros prudentes, sinceros & Deum timentes eligerent, cum quib. ceu Senatu quodam Ecclesiastico, comunicatis consilijs, negocia Ecclesiae adificationem & salutem concernentia expedierunt. Sic Apostolorum tempore querela incidit Graecorum, indignè ferentium quòd ipsorum vidua in ministerio quotidiano despicerentur. Consistorium gò, ex totâ Discipulorum multitudinem collectum, hoc dissidium ita composuit, ut eligeret septem Dicanos qui dispensationi Eleemosynarum praessent. Non multò post de Justificatione hominis mota est controversia, quibusdam pseudopropheta Antiachiae docentib. non posse homines per Christum salutem adipisci, nisi etiam secundum Legem mosaicâ circumcidantur. Paulo vò & Barnabâ contrarium adseverantib. contentio eonq; exarsit, ut excellentes illi Doctores qui Antiachiae agebant finem huic ceretamini imponere non possent, antequàm ex Disceptantib. nonnulli Jerosolymâ ablegarentur ad Apostolos, & controversia isthac in Consistorio Apostolico definiretur. Conveniunt gò Apostoli & presbyteri, ut despicerent de hoc negocio; Atq; pro Paulo & Barnabâ definiunt, Pseudoapostolorum opinionem de Operum meritis, deq; rituum Mosaicorum necessitate, falsiss.º esse penitusq; abrogand.º. Et quia compertum fuit, Gentib. ad Christianam fidem converfis in usu fuisse ut idolothyta ederent, & muli scortationem pro peccato non haberent; Idcirò Epistolam Synodicam ad Antiochenam Ecclesiam mittentes per certos quosdam Legatos, Paulo & Barnaba in fidem rei adjunctos, mores illos perversos emendârunt. Apostolo Paulo Jerosolymam revertente, cum rumor esset ipsam magnâ suspicionem apud Ecclesias laborare, quòd passim Judaeis defectionis à lege Mosaicâ author existeret, docendo; Non debere eos circumcidere filios, neq; secundum ritus & statuta Mosaica vivere. Ad quam suspicionem amoliendam Jacobus Episcopus Jerosoly-

Act. 20. 28

Ex. 18. 24

Act. 6. 1.

C. 15. 1.

C. 21. 20.

CATHEDRALE

*Solymitanus, inito cum presbyteris convocatis consilio, ei suavor fuit, ut Judaeorum ritu, cum aliquot alijs, in Templo purificaretur.*

a. Ordina-  
ria seu  
Cathedra  
les.

Hoc genus Conventuum bifariam distingvi potest, in Ordinariū scil. & Extraordinarium. ORDINARIUM est Senatus Ecclesiasticus, apud Basilicas regni Cathedrales constitutus, in quo Episcopus, unā cum selectis aliquot ex Ministerio, causas Ecclesiasticas ad suam Dioecesin spectantes examinat & dijudicat; obortas inter Verbi ministros, vel hos atq; illorum auditores controversias excipit & componit; Personas ad Ecclesiae ministerium idoneas eligit & vocat, Et quā ratione officium sibi concreditum exsequantur, institutā in omnib. & singulis Ecclesijs singulari exploratione investigat; Quae recte administrata sunt adprobat, quae vō secūs emendat, Utq; omnia ἐὺ καὶ ὀρθῶς & justo ordine perficiantur procurat atq; exsequitur; Atq; hanc ob causam Consistoriū Cathedrale, & quandoq; Dioecesanum adpellari consuevit. Hanc curam Apostolus, ex S. S. i. instinctu, Ecclesiae praesulib. in suis ad Timotheum Ephesinum, & Titum Cretensem Episcopū epistolis passim sparsimq; commendat. *Quemadmodum te rogavi ut remaneres Ephesi, quum irem in Macedoniam, ut denunciare quibusdam ne, aliter docerent; Ita etiā hoc praeceptū tibi commendo, fili Timothee, secundum praecedentes de te prophetias, ut milites in illius bonam militiam, retinens fidem & bonam conscientiam. Peccantes coram omnib. argue, ut ceteri timorem habeant! Sed adversus presbyterum accusationē ne admittito, nisi sub duob. aut trib. testib.! Manus citō nemini impoſueris, ne communices peccatis alienis: Sed quae audisti à me, commenda fidelib. hominib. qui sint idonei ut alios doceant! Prædica verbum, inſta tempeſtivè & intempeſtivè, argue, obſecra, increpa in omni patientiā & doctrinā! Vigila, in omnib. perſer, opus fac Evangelista, & ministerium tuum plenā fide perficito! Titum eodē ſerè modo adhortatur, inquiens: Hujus rei gratiā reliqui te in Cre-*

3. COſIſTOTO RIUM

*tā, ut quae reliqua sunt corrigas, & constituas oppiaarum presby-  
ros, sicut Ego tibi disposui. Deindè de Episcoporum officio paucis in-  
terpositis admonet, ut in omnib. praebeat seipsum exemplar bono-  
rum operum, in doctrinā integritatem, gravitatem, &c. ut is qui  
ex adverso est erubescat, nihil habens quod dicat mali. Quid,  
quæſo, aliud Apostolus prolixis hisce præceptionib. quærit,  
nisi ut legitimam Instructionem ijs commendat, qui in  
Consistorijs ad clavū Ecclesiae constituti sunt, ut normā of-  
ficij sacri rectè administrandi & ipsi observent, & alijs Verbi  
ministis observandam proponant? Quemadmodū is ipse  
non solūm expressè fatetur, 1 Tim. 3. 14. *Hac tibi scribo,  
inquit, ut ſcias quomodo oporteat in domo Dei verſari, quae est Ec-  
clesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis.* Verumetiā  
similem Consistorij administrandi formam præscribit, cum  
in itinere Jerosolymam versus, convocatis Miletum præſ-  
byteris Ephesinis suae prædicationis curriculum plurib. ex-  
ponens, ad præcipuas officij partes quā fideliss. obeun-  
das graviss. a oratione injungit: Deindè habitis precib. &  
osculis mutuò datis, institutam navigationem persequitur.*

Consistorium Extraordinarium rursus duplex statui potest; Vel merè Ecclesiasticum, vel Ecclesiastico-Politi-  
cum.

MERE ECCLESIASTICUM quod aliàs Consistoriū Regni vel potiùs Comitiale nominari solet, est Conventus Episcoporū & Ministerij totius regni, in quo inter alia negocia Politica à Magistratū propoſita, Deliberationes presbyteriales simul instituuntur; de legitimā Ecclesiarum circa totum regnum administratione, de rituum & actionum sacrarum conformitate, de officij Ecclesiastici fideli executione, Synodorum ac Visitationum frequentiā, de honestate in vitā & morib. de varijs casib. in singulis Dioecesib. obortis, deq; alijs ejus generis negocijs; Eo fine, ut pax & tranqui-  
litas,

MERE ECCLESIASTICUM

presby-  
teris

Act. 20. 17

a. Extra-  
ordina-  
ria, &c.

1. Merè  
Ecclesia-  
stica, seu  
Comitia-  
les.

...a disciplina animorumq; confociatio confer-  
ventur, & omnia Ministerij officia ad Dei gloriam, Eccle-  
sia incrementum, omniumq; regni Incolarum salutem de-  
center & ordine dirigantur. *Ad hujus Consistorij formam ali-*  
*quomodo quadrare videtur Conventus ille Sacrificulorum Baaliti-*  
*corum, jussu regis Achabi ab Eliâ prophetâ coactus, ubi singulari*  
*miraculo detectâ idololatriâ Baaliticâ, Isrâelita ad veram religio-*  
*nem & sincerum DEI cultum fuerunt revocati, ut prolixius videre*  
*est, 1. Reg. 18. 19. & seqq. Item, consultationes Helchie summi Pon-*  
*tificis & aliorum, qui simul à rege Iosâ missi, cum Huldâ prophetissâ*  
*de libro legis in templo Domini reperto collocuti sunt, 2. Par. 34. 14.*

2. Eccle-  
siastico-  
Politica.

Consistorium ECCLESIASTICO - POLITICUM  
vocat, quod ex Ecclesiasticis & Politicis personis consti-  
tutum, summam totius administrationis Ecclesiasticæ di-  
rectionem sibi vendicat; Quale nonnulli fuisse existimant  
Συνέσιον illud septuaginta duorum Seniorum, in populo  
DEI Divinitus constitutum, ad quod omnes Controver-  
sæ difficiliore & Quæstiones cujusvis generis, Oeconomi-  
cæ, Politicæ & Ecclesiasticæ, juxta legem tum explican-  
dæ, tum dijudicandæ referebantur, Dent. 17. 8. 2. Par. 19. 10.  
Ad exemplum hujus Synedrij, quando in populo Isrâeli-  
tico V. T. res mixta h. e. Ecclesiæ & Reip. communis a-  
gebatur, judicia ex Ecclesiasticis Seniorib. & Politicis judi-  
cib. ordinariè constituta fuerunt, qui indicarent illis ver-  
bum judicij. Sic devictis bello Midianitis, cum de prada distri-  
butione ceremoniali & civili agendum esset; Moses & Eleazar Sa-  
cerdos, omnesq; Principes congregationis, in commune conveniunt  
concilium Num. 31. 12. Quoties etiam Ecclesia & Resp. instau-  
randa fuit, auctoritate piorum regum, de utroq; judicio Ecclesiasti-  
co & Politico certi deputati fuerunt homines, qui utriusq; judicij no-  
mine res Ecclesiasticas & Politicas procurarunt. Etsi autem Con-  
ventus ejusmodi, de quib. nunc nob. sermo est, non tantum  
in

CONSISTORIUM

ECCLESIASTICO - POLITICUM  
in Veteri; Sed etiam quandoq; in N. T. habitos fuisse, non  
imus inficias: Illos tamen non propriè Consistoria; sed Con-  
cilia seu Syuodos fuisse & haberi debere, Gesnerus nobiscū  
agnoscit, dum initio præfationis librorum de Concilijs, Syn-  
edrium illud Isrâeliticum nihil aliud fuisse, quàm perpetuâ  
Synodū, è Theologis Politicisq; congregatam, extra omnem  
dubitandi aleam positum esse adseverat. Deindè si maxi-  
mè Consistorium fuisse statuatur; Ejusmodi tamen Con-  
stitutiones Legales & Mosaicæ, Ecclesiæ N. T. nihil quid-  
quam præjudicare, unicuiq; etiam me tacente, notissimum  
est. Accedit & hoc, quòd ejusmodi Consistorium ex Eccle-  
siasticis & Politicis constitutum, in primitivâ N. T. Eccle-  
siâ ultra annos 435. omninò ignotum fuerit. Illis etenim  
seculis non Imperatores & provinciarum Imperij Romani  
gubernatores; Sed Episcopi & Presbyteri in suis Conven-  
tib. non modò causas Ecclesiasticas soli tractarunt: Verum  
etiam lites ac contentiones leviores de reb. externis & cor-  
poralib. deciderunt; Ne ad tribunalia Ethnicorum Judi-  
cum concurrento, religionem Christianam prophanarent,  
illiusq; dignitati quidquam detraherent. Hinc Apostolus Co-  
rinthijs exprobrat, quòd judicio experiantur sub infidelib. in reb. ad  
hujus vite usum pertinentibus; Et vult ut vel ex semetipsis deli-  
gant, qui inter fratres dijudicent, vel injuriam potius patientur &  
damnum accipiant. Postquàm vò Imperatores Romani Chri-  
sto nomen dederunt, inter quos primus fuit Constantinus M.  
sui quidem officij esse intellexerunt, Ecclesiæ rerumq;  
Ecclesiasticarum curam & patrocinium suscipere, suamq;  
operam Christianæ religioni conservandæ, propagandæ  
ac defendendæ impendere; Quâ quidem in re ad summum  
suum officium nihil fecerunt reliquum: Interim tamen  
talis Ecclesiasticæ gubernationis Conventus, qui ex Eccle-  
siasticis & Politicis compositus esset, in Ecclesiæ theatrum

1. Cor. 6. 1

ECCLESIASTICO POLITICUM  
D 2 in-

introducitur nondum fuit, Sed Episcopis illum honorem detulerunt Christiani Imp. ut ipsorum cura, pietati & iudicio causas Fidei & res Ecclesiasticas tractandas ultro commendarent; Quaeq; ab Episcopis eorumq; presbyteris, secundum Verbi Divini regulam essent constituta, & rata ipsi haberent, & sua auctoritate communirent. Deniq; communicatis cum Episcopis ipsorumq; Conventibus consilij, de Religione Christiana amplectenda, & vicissim idolatricis Ethnicorum sacris abrogandis, leges ferrent; Quae admodum Eusebius l. 4. de vita Constantini narrat; Audivisse se illum ad Episcopos in convivio dicentem: Vos quidem eorum quae intus sunt in Ecclesia agenda; Ego vero quae extra sunt, Episcopus a Deo sum constitutus. In Constantio autem Constantini M. filio, qui Arianis addictus fuit, Athanasius Epist. ad solitariam vitam agentes, reprehendit; Quod in specie quidem & pro forma Episcoporum iudicium obtendat; Sed interim faciat, quod ipsi lubeat: Et si, inquit, illud est iudicium Episcoporum, quod commune cum illis habet Imperator? Sin contra minus Caesaris ista constantur, quid opus est hominibus titulos tenere Episcopis? Et paulo post: Plurima antehac Synodi fuere, multa iudicia Ecclesiastica habita sunt: Sed neq; Patres eiusmodi res Principi persuadere conati sunt, nec Princeps se in reb. Ecclesiasticis praeiudicium curiosum. Idem in Imp. Valentiniano reprehendit Ambrosius, ad quem l. 5. Ep. 32. inter cetera ita scribit: Pater tuus, vir maturioris aevi, dicebat: Non est meum iudicare inter Episcopos: tua nunc dicit Clementia, Ego debeo iudicare. In eadem Epist. iterum ita loquitur: Si tractandum est, inquit, tractare in Ecclesia didici, quod maiores fecerunt mei, Si conferendum de Fide, Sacerdotum debet esse ista collatio, sicut factum est sub Constantino augustae memoria Principe, qui nullas leges ante praemisit sed liberum dedit iudicium Sacerdotibus. Praeter constitutiones de Fidei causis, Ceremonias etiam ad ordinem bonum ac disciplinam in Ecclesia pertinentes, soli

aut

CONSISTORIUM

aut instituerunt aut mutarunt Episcopi: Quem auctoritate Nestarius ritum confessionis privatae, in Ecclesia Constantinopolitana abrogavit, & statuit ut pro sua quisq; conscientiae ratione ad mysteriorum communionem accederet, auctore Socrate, l. 5. hist. Eccl. c. 9. Causas quoq; matrimoniales tractarunt & transegerunt Episcopi: Sicut Ambrosius ex sua Synodo Paternum quendam, qui filio neptem ex filia copulare volebat, redarguit & retrahit, l. 8. Ep. 66. Augustinus rogatus, ut nuptias inter puerum & puellam conciliaret, respondit: Facerem, sed mater pueri non adest, & tu scis ad nuptias contrahendas, ejus voluntatem esse necessariam, Epist. 133. Sic Innocentius Probum Episcopum monet, ut illum, cujus Uxor e captivitate redierat, jubeat eam recipere & quam ipsa absente duxerat, repudiare. De Constantino Nicephorus l. 7. hist. Eccl. c. 46. testatur, Quod iudicium & Jurisdictionem in Clericos Episcopis mandarit; Et quod ij iudicassent, id robur & auctoritatem sententiae habere decreverit. Ex his omnibus manifestum evadit, Consistoriorum Ecclesiasticorum subsellia, multis in primitiva, eaq; florentiss. a N. T. in Ecclesia seculis, sine Politicorum adfessu, solos occupasse Episcopos & presbyteros; Idemq; etiam post Religionis reformationem, ut in quibusdam Exteris; Sic quoq; in Ecclesijs Patriae adhuc usq; tempora, non incommodum fuisse observatum: Ita tamen ut non minus Ordo Politicus quam Ecclesiasticus, pro vocationis cujusq; ratione, quae ad verae Religionis conservationem & Ecclesiae emolumentum essent necessaria, studiosè prospiceret & exsequeretur. Cogitabant enim hic tam Ecclesiastici quam Politici, Deum primos Ecclesiae & Reip. antistites in populo suo, Fratres germanos esse voluisse, ut hoc illustri documento testatum faceret; Ordinem Ecclesiasticum & Politicum, in Regni sui administratione conjunctissimum, & fratrum instar animis, voluntatibus & studiis unitissimè esse

Ubi dicitur  
Cum

D<sup>3</sup>  
ECCLESIASTICO POLITICUM

oportere

oportere, mutualq; sibi, pro vocationis suæ modulo, o-  
peras tradere debere. Cujus Divini consilij tam firma in popu-  
lo Dei fuit memoria, ut Nathan propheta amicus Davidis regis di-  
catur, 1. Reg. 4. 5. R. Josaphatus Levitas filios suos vocet, 2. P. 29,  
11. Ac vicissim Foramus Israëliticus Eliseum patrem suum inclamet,  
2. R. 6. 21. Rectè enim Plutarchus; Ut hostilia facile frangas sin-  
gula, conjuncta non possis: Ita dissidentes facile superantur, concor-  
des haud facile. Est sanè ordo Politicus non tranquillitatis tantum  
publica in vitâ externâ & reb. corporalibus; Sed pietatis etiam, do-  
ctrina & cultus in Ecclesiâ custos; Verùm custos tantum, non Domi-  
nus qui præscriptas habet hujus suæ custodia metas & cancellos, ut  
videl. non prætorîâ voce quævis decidat aut mandet; Sed juxta Le-  
gem quam Sacerdotes & Levitæ ex verbo Dei docuerint, faciat, &  
exare illorum Legem Domini requirat; Moses & Aaron consilia &  
operas communicent & conjungant; David cum Natane & Gado  
in domo Jehovæ statuat; Josadas Joam doceat; Josias ad Huldaram,  
Jehovam consultum mitiat; Quæq; verbo Dei consentanea  
utriusq; Ordinis deliberato consilio decreta sunt, Politici  
juxta gladij sibi traditi non dominatum, sed diaxoniav, ut  
Apostolus Ro. 13. 4. loquitur, observari curent.

II.  
Visitatio-  
nes Qua-  
rum:

Haftenus, N.N.N. priorem partem Conservationis re-  
gni Christi paucis expedivimus, de Conventib. nimirum  
Ecclesiasticis, tam Vulgarib. ceu sunt Parochiales & Classici,  
quàm Solenniorib. Synodicis scil. & Consistorialibus, eorûq;  
diversis gradib. Qui tali connexion se invicem comple-  
ctuntur, ut quemcunq; tandem demas, luxatam & mutilam  
gubernationis Ecclesiasticæ formam habeas: Nunc ad al-  
teram Conservationis partem, Quæ VISITATIONIBUS  
absolvitur, descendamus.

I.  
Descri-  
ptio.

Sunt autem VISITATIONES Ecclesiasticæ nihil aliud  
quàm Inquisitiones seu Examinationes Divinitus constitu-  
tae, de explorando Ecclesiæ statu, qualisnam tum Doctri-  
næ & Rituum, tum Vitæ in singulis sit ratio; Et quâ fide  
tam

VISITATIONUM

tam Verbi Ministri quàm Auditores officium quisq; suum  
faciant; Illorumq; quæ minùs sibi constare depræhendun-  
tur, secundum verbi Divini Regulam, legitimæ correctio-  
nes & restitutiones. Harum Inspectionum incredibilis  
quædam est in Ecclesiâ, non Utilitas modò; sed etiam neces-  
sitas. tñ enim Conventus eorumq; Moderatores in id in-  
cumbere tenentur, ut Doctrinæ puritas & vitæ sanctimonia  
in Ecclesijs obtineant, suisq; incrementis magis magisq; in-  
valescant: Hac tamen solâ viâ res nondum succedit. Aut  
enim Conventus huic oneri non sufficiunt, aut Ministri  
in officio suo quandoq; cessant & stertunt: Sapè etiam in-  
dustrii Pastores, propter quotidianam cum suis Auditorib.  
conversationem vilescunt, debitamq; in officij sui rebus  
obsequentiâ obtinere non possunt: Quandoq; fideles verbi  
Ministri in perversos & duræ cervicis auditores incidunt,  
cum quorum præfractâ malitiâ & obstinatione frustra bel-  
lum gerunt. Hic gò si major quæpiam accedat usu & di-  
gnitate præstantiorum auctoritas, atq; inspectio accura-  
tior, Faciliùs ejusmodi cervicosi cedunt, omniaq; in rectum  
statum reducuntur, non secùs ac Poëta canit:

Ac veluti in magno populo cum sæpè coorta est  
Seditio, sævitq; animis ignebile vulgus,  
tamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat;  
Tum pietate gravem ac meritis, si fortè virum quem  
Conspexere, silent arrectisq; auribus adsunt,  
Ille regit dictis animos & pectora mulcet,

Virg. l. 1.  
Æn.

Conciliatur etiam Pastorib. & Ministris singularum Eccle-  
siarum non levis reverentia, quando ipsorum officium, do-  
ctrina, exhortationes, instituta, aliorum suffragijs & autho-  
ritate rata habentur & commendantur. Quòd si etiam ma-  
lo fortè nodo malus cuneus quærendus sit, interveniente in  
Visitationib. publicâ auctoritate, cervicosi illi & contuma-  
ces

Pro. 1. 31.

NECESSITAS

Pro. 1, 31. ces de fructu viarum suarum comedere, suisq; consilijs saturari cogentur, ut loquitur Sapiens, Pro. 1. 31. Quemadmodum vicissim ubi reliqui in Ecclesiâ, quorum comperita obedientia & pietas, publicè commendantur; acrib. quibusdam calcarib. ita excitabuntur, ut quotidiano profectu in doctrinâ coelesti, vitæ pietate, & reverentiâ erga superiores, seipsos tantum non superare contendant. Ita enim fit, ut in usum actumq; deducatur Ovidianum illud:

*Laudatâq; virtus*

*Crescit, & immensum gloria calcar habet.*

Ingens igitur & immensus penè in Ecclesiâ Visitationum usus est atq; necessitudo, ut Doctrinæ coelestis sinceritas à corruptelis, cultus Divini puritas à superstitionibus, & vitæ Christianæ integritas à foedis scelerum pollutionib. vindicetur; Ecclesiarum Pastores, omnesq; in quacunq; Ministerij parte constituti, benè præsent; Auditores libenter & promptè obsequantur; Parentes & patresfamilias pios, morigeros & fideles liberos, servos & ancillas habeant, tota deniq; Ecclesiæ domus officijs stet benè recta suis. Quamobrem omnes & singuli Ecclesiæ Præsules, Pastores & Ministri totius sui officij, quo Deo & illius gregi tenentur, proram & puppim in frequentiss. Visitationum exercitio sitam esse certiss. sibi pollicebuntur; Adeo ut his omissis atq; intermissis, neq; Deo neq; Ecclesiæ fidem suam præstiterint, neq; etiam Christo villicationis suæ rationem in illo die bonâ conscientia reddere possint. Undè Deus in tales gregis sui pastores, per suos Prophetas graviss. invehitur: Væ, inquit, pastorib. qui perdunt & dispergunt oves pascuæ meæ! Vos dispersistis oves meas, & ejecistis eas, & non visitastis eas: Ecce visitabo super vos malitiam operum vestrorum, dicit Jehova. Tanta igitur cum sit Visitationum in Ecclesiâ Utilitas & necessitas, Deus opt. max. statim

Jer. 23, 1.  
Zach. 11,  
15.

VISITATIO

tim ab initio mundi illustra Visitationum exempla præsent, in primis Parentib. nostris, in hominib. antediluvianis, in edificatorib. turris Babel Nimrodianis. & alijs quàm plurimis. Christi quoq; in terris conversatio, quid, quæso, aliud fuit, quàm continua Visitatio? quâ provincias Judea, Galilæa, Samaria, Tyri & Sidonis. aliasq; circumeundo. partim doctrinâ & institutione, partim Questionib. & Responsonib. salutarem Evangelij notitiam Auditorib. suis fideliss. tradidit atq; instillavit. Divinis hisce Exemplis permoti Prophetae & deinceps Apostoli, alijsq; Ecclesiæ antistites, magno in Visitationib. studio incubuerunt, quemadmodum in seqq. ad oculum demonstrabitur, & in primâ parte Ethica nostra Christiana, hæc res uberius est explicata.

Ceterum quemadmodum CONVENTUUM; Ita & VISITATIONUM distinctæ sunt species, quæ ad easpem adcommodatæ, in Vulgares & Solennes: Vulgares rursus in Parochiales & Classicas; Solenniores in Dioccesanas & Provinciales discriminantur.

Præter Utilitates, quas ex Visitationib. generaliter emergere modò diximus, Usus peculiarem habent PAROCHIALES, ut Pastores Ecclesiarum officio suo rectè performi queant. Nec enim illi rerum suarum sategerunt, sicut multi hallucinantur, si hebdomadatim unâ atq; alterâ concione è suggestu ad populum defuncti sunt: Sed insuper necessarium est, ut omnium suorum auditorum, quos in suam curam & fidem coram SS. Trinitate solenni stipulatione susceperunt, & de quib. ad tremendum J. Christi tribunal respondere ipsos aliquandò oportet, in doctrinâ profectû, in vitâ conversationem, in morib. integritatem, alijsq; id genus, quæ ad curam pastorem pertinent, probè cognita & perspecta habeant; Et sciant quandò doctrinâ, quandò redargutio, quandò Institutio, quandò correctio, quandò deniq; consolatio, non publicè tantum in cætu Ecclesiæ; Sed singulis

II.  
Species;  
quod sint:  
Alie:  
I.  
Vulgares  
Eaq;  
I. Parochiales,  
Quæ vel:

PAROCHIALES

gulis etiam privatim adhibenda sint. Sic enim boni Pasto-  
ris officium describitur, *Ezech. 34. 15. Luc. 15. 4. J. 19. 3. &*  
*passim alibi.* Hunc sui officij principalem scopum nunquam  
adsequentur Verbi Ministri, Visitationib. Parochialib. negle-  
ctis, Quib. singulorum suorum auditorum profectum recte  
cognoscere, & q. stimulo quodam excitare possunt.

*a. Eccle-* DOMESTICÆ istæ Visitationes, Ecclesiasticæ sunt vel  
*siasticæ.* Pastore, singulis totius anni dieb. Dominicis, spacio semi-  
horæ ante initium actionum solemnum, instituto cum Ju-  
niorib. potissimum utriusq; sexus ad altare convocatis, Ex-  
amine Catechetico; In quo illi ex Lutheri Catechismo me-  
moriter particulam recitabunt vel Decalogi, vel Symboli,  
vel Orationis Dominicæ, vel alterius cujuscvis partis, prout  
examinis ordo fert; Quam deinceps Pastor per Quæstio-  
nes & Responsiones accuratè explicatam, veluti clemen-  
tum exordij eloquiorum Dei, seu lac doctrinæ ecclestis illis  
paulatim instillat, donec evadant in virum perfectum, in  
mensuram ætatis plenitudinis Christi. Talem rudiorum  
Catechisationem in ipsâ etiam Apostolicâ Ecclesiâ usitatam  
fuisse, vel indè manifestum est, *Quod Catechesis Apostolorum*  
*illiusq; præcipua capita in Epist. ad Heb. c. 6. 1. & 2. expressè reciten-*  
*tur. his verbis Quapropter intermittentes sermonem inchoationis Chri-*  
*sti, ad perfectionem feramur; Non denuò jacentes fundamentum Pæ-*  
*nitentiæ ab operibus mortuis, & Fidei ad Deum, Baptismatum doctri-*  
*na, Impositionis quoq; manuum, & Resurrectionis mortuorum atq;*  
*Judicij æterni. Imò S. Patrum ædes à mundi origine ad Diluvium,*  
*indè iterum ad Moysen usq;, quid aliud fuerunt quàm Ecclesia, in*  
*quib. doctrinam de Deo, de creatione, imagine Dei, lapsu & illius*  
*pænis; de promissione Seminis, de cruce, de sacrificijs & cultu*  
*Dei, &c. liberis suis & nepotib. Orali & Catechetica institutione*  
*inculcârunt. Hanc consuetudinem primitiva Ecclesia post*

Apo-  
VISITATIO ECCLESIASTICA

Apostolorum tempora continuans, peculiare Catechetas  
huic muneri destinatos aluit, & hoc ceu progymnasmatum  
quodam, ad majores gradus & functiones in Ecclesiâ illos  
preparavit, *Inter quos inprimis illustres fuerunt; Pantanus, quem*  
*Clemens Strom. l. 1. ab Apostolis omnia didicisse testatur; Clemens*  
*Alexandrinus ipse, Pantani successor; Origenes, qui annum 18. ætatis*  
*agens, Schola Catechetica apud Alexandriam præfuit; Heraclas,*  
*cui Origenes hoc muneri de manu in manum tradidit; Dionysius*  
*Alexandr. & alij, de quib. Euseb. l. 5. hist. Eccl. c. 9. & 10. & l. 6. c. 3.*  
*& 14. Sic Cyrillus libros peculiare de Catechesi adolescens adhuc edi-*  
*dit; Augustinus librum peculiarem de Catechizandis rudiorib. scripsit.*

DOMESTICÆ Visitationes sunt, ubi Ministri Verbi,  
partitis inter se operis, suos auditores quotannis semel ad  
minimum, domatim ac per singulas familias visitabunt;  
A parentib. liberis & familiâ capita Catecheseos fideiq; ra-  
tionem exigent; An preces matutinas & vespertinas, ante  
& post mensam concipiant? Num parentes à liberis & fa-  
miliâ, conciones in templo auditas exigant? Quomodo con-  
jugib. inter se conveniat? An officium suum in liberis in-  
formandis, rectè faciant? Quomodo sese liberi & cæteri  
domestici, cum erga parentes & dominos, tum erga se in-  
vicem gerant? Et quæ id genus alia sunt, diligenter sciscit-  
tabuntur atq; explorabunt. Ob domesticas hæc pietatis Ex-  
ercitationes cum familiâ, Deus ipse Abrahamum singulariter com-  
mendat. Sic reliqui S. Patres ante Diluvium passim altaria adifi-  
cantes, cum familijs suis nomen Domini prædicârunt atq; invocâr-  
unt; Deos etiam alienos à domesticis abstulerunt, eosq; à qui-  
busvis pollutionib. mundârunt; Leges etiam contra cædes,  
adulteria, idololatriam, aliasq; enormitates promulgârunt,  
quemadmodum liber Genesios passim testatur. Quæ omnia quid  
aliud, quàm Domesticæ in familijs suis Visitationes exstite-  
runt? D. Paulus de se testatur, quod Ephesi non publicè tantum,

β. 1. Dome-  
stica.

G. 18, 19.

E 2  
VISITATIO DOMESTICA

Act. 20,  
20. 31.

1. Thes. 2.  
11.

7. Epist.  
2, 4.

Rom. 16.

5.

1. Cor. 16.

19.

Phil. 4. 22

hoc est, ex suggestu, ut apud nos sit; Sed & per singulas domos docuerit, & per integrum triennium nocte & die non cessavit cum lachrymis sigillatim admonere Unumquemque. Ad Thessal. sic scribit: Nostis quomodo Unumquemlibet vestrum, tanquam Patrem liberis, hortabamur, consolabamur, obtestabamur, ut ambularetis sicut dignum est Deo. Pertinet huc quod D. Johannes ad piam quandam matronam scribens, de gaudio suo testatur, Quod ex filiis & domesticis illius invenerit, qui sincerè incedant. Ubi propria Experientia hac in re testimonium adlegans, quid aliud facit, quam quod ad Visitationes suas domesticas adludit, citra quas, videlicet, scire matrona hujus, filiorum & domesticorum fidelem conversationem nequaquam potuit. Morem hunc domesticarum Visitationum, Ecclesia post Apostolorum tempora imitata est & retinuit. Sic enim Chrysostr. ad Heb. hom. 4. ad diligentiam in auscultandis Concionibus, auditores suos admonens; Intendam, inquit, unumquemque vestrum, & quos ex vob. non attentos invenero, hos seorsim adsumens interrogabo; Et oportebat quidem ut hac non pramonens, incautos adgrederer: Verumtamen etiam sic gratum mihi erit, si vos secundum votum meae mentis invenero. Quam vò necessaria sit hujus Visitationis observatio, Chrysostr. l. 3. de Dignit. Sacerd. c. 18. hisce ostendit: Si non per singulos dies, magis quam scriba aliquis, omnium domos Episcopus frequentaverit, offensiones protinùs nascentur innumera. Neque enim egri solum, sed valentes & sani etiam justificationem requirunt. Ecquid enim aliud qualibet Christiani Patrisfamilias domus existit, nisi Ecclesia quadam, in qua verbum Christi habitabit abundanter in omni sapientià? Et domestici docendo & commonefaciendo seipsos mutuò ad Psalmos, Hymnos & Cantiones spirituales Deo in cordibus suis decantandos excuscitabunt, jubente Apostolo, Coll. 3. 16. Vbi verbum *ἠνοήσω*, quo Paulus utitur, propriè in domibus habitare denotat? Unde & passim in Epistolis Apostolicis Ecclesiarum domesticarum mentio fit. Quamobrem non

VISITATIO

non minorem curam cuiuslibet Ecclesiae domesticae, quam publico Ecclesiae cætui impendere oportet frugi Pastorem, adeoque illos non gravatim Visitationibus suis ad Fidem & pietatem excuscitare.

Quemadmodum Parochiales Visitationes nominamus, 2. Classi-  
ce.  
quas Pastor vel in cætu suae Ecclesiae, vel domatim & in singulis Familijs exercet; Ita CLASSICAE dicuntur, quas Praepositus, adjuncto sibi alio verbi Ministro, in Classe seu Accolatu cujus ipsi commissae est cura, quotannis semel, si propter Accolatus amplitudinem bis fieri nequeat, per omnes & singulas Ecclesias exsequitur. Inter has & praecedentes binas Visitationum species, quas Parochiales diximus, quod ad ipsas actiones earumque modum, nihil aliud est discriminis, quam quod illae in singularum Ecclesiarum Auditores, & familiarum omnium domesticos: CLASSICAE vò non solum in illos ipsos, eorumque profectum & pietatem; Sed insuper etiam in ipsorum Pastorum & Diaconorum diligentiam, fidem & operas quam accuratissime inquirant, scilicet An S. Biblia, adhibitis pijs & eruditis commentarijs; Confessionem August. Librum concordiae, quae Symbola sunt Ecclesiae Evangelicae, aliaque Orthodoxorum scripta diligenter perlegant? An Actiones sacras & Ecclesiasticas juxta modum & ordinem in Enchiridio Svecico praescriptum, accuratè perficiant? Examen Catecheticum singulis diebus Dominicis bonà fide instituant? Conciones quod ad res, phrasas & methodum ritè conforment, easque scriptis compræhendant; et unà cum Precibus praemittendis ac subjungendis, alijsque requisitis, intra horae spatium coarctent? Absolutionem communicantium bido, vel ad minimùm pridie ante S. Coenae participationem adhibeant? Deinde quâ ratione familiam administrant, liberos & domesticos in doctrinâ & pietate informant, vitae integritate eis præ-

E 3  
CLASSICA

lu-

luceant, & quæcunq; alia boni Pastoris officia ritè & fideliter exsequantur?

11.  
Solennes,  
Quæ sūt,  
vel:  
1. Diœce-  
ana &  
Provincia-  
ria.

Atq; hæc de Visitationib. Vulgarib. earumq; gradib. dicta sufficiant: Sequuntur Solennes, Eaq; Diœcesanæ vel Provinciales.

DIOECSANÆ sunt, quas Episcopus, adjuncto sibi Uno alterovè ex Adessorib. Consistorialib. nec non Præposito Accolatus visitandi, in omnib. & singulis suæ Diœceseos Provincijs & Accolatis eorumq; Ecclesijs ordinariè instituit, ad explorandum quomodo capita doctrinæ Christianæ in Ecclesijs & Scholis, administratio Sacramentorum, & tota ceremoniarum ratio; Disciplina quoq; & vita cum Ministrorum verbi tum Auditorum, adeoq; omnia ad legitimum Ecclesiarum statum spectantia sese habeant. De hoc Visitationis genere, permulta reperiuntur tam Exempla quàm Decreta: Paulus & Barnabas è peregrinationib. suis revertentes, Lystram & Iconium & Antiochiam visitârunt, confirmantes animos Christianorum ut perseverarent in Fide. Cumq; creâssent per suffragia in singulis Ecclesijs presbyteros, precatiq; essent cum jejunijs, commendârunt eos Domino. Idem Paulus Antiochia Barnabam hisce admonet: Reversi jam visitemus fratres nostros per omnes Civitates, in quib. annuntiavimus sermonem Domini, cognitari quomodo sese habeant. Postea allecto Silah peragrât Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias. Similiter ex ordine Galatiam regionem & Phrygiam peragrans, confirmat omnes Discipulos. Sic Corinthijs promittit, quod ex Philippide per Macedoniam proficiscens ad ipsos quoq; venturus sit, utriusq; loci Ecclesias nimirum invisurus, illasq; in fide Christi confirmaturus. Porro Paulus in Macedoniam proficiscens, Timotheum Ephesi Episcopum reliquit, ut denunciaret quibusdam in illâ viciniâ inq; Ecclesijs Asiaticis, ne doctrinam ab Apostolicâ diversam spargerent, neve attendere fabulis & genealogijs infinitis, Quæstiones potiùs inanes, quàm adi-

DE VISITATIONE

adificationem, quæ est per Fidem, præbentibus. Eadem prorsus ratione Titum in Cretâ insulâ Episcopum se reliquisse testatur, ut quæ reliqua erant ordinaret, & presbyteros oppidatim constitueret. Sic Concilij Terraconensis Decreto constitutum est, citante Gratiano his verbis: Decernimus ut antiqua consuetudini ordo servetur, & annuis vicib. Diœceses ab Episcopo visitentur, & si qua fortè Basilica fuerit destituta, Ordinatori ejus reparari præcipiatur. Si verò Episcopus in valetudine impeditus Diœceses suas per seipsum visitare non poterit, Visitationis officium committat alijs. Concilij Bracharësis Patres, referente similiter Grat. ita definiunt: Placuit omnib. Patrib. ut per singulas Ecclesias Episcopi per Diœceses ambulantes, Primùm discutiant Clericos, qualiter quacunq; officia in Ecclesiâ peragant, &c. Postquam autem suos Clericos discusserrint, alio die convocato populo ipsius Ecclesia, doceant illos ut errores fugiant Idolorum & diversa crimina, ceu sunt; Homicidium, adulterium, perjurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera; Et ut credant resurrectionem omnium hominum & diem iudicij, in quo unusquisq; secundum opera sua recepturus sit: Et sic postea Episcopus de illâ Ecclesiâ proficiscatur, ad aliam. Concilium porrò Toletanum IV. idem repetit; Episcopum, inquit, per cunctas Diœceses parochiasq; suas per singulos annos ire oportet, ut exquirat quo unaquaq; Basilica in reparatione sui indigeat. Quod si ipse, aut langvore aut alijs occupationib. implicatus, id explere nequiverit, Presbyteros probabiles mittat, qui & reditus Basilicarum, & reparationes, & Ministrantium doctrinam & vitam inquirant. Quo autem ordine omnes & singulæ actiones Visitationis, in Ecclesiæ emolumentum sint perficiendæ, cum multò & jucundiùs & utiliùs ex ipsâ praxi & explorationis auscultatione, quàm tædiôsâ narratione cognoscatur; Illud igitur commodiori loco & tempore duximus reservandum, & ad Provincialis Visitationis succinctam commensurationem nos accingamus.

11. 1. 1.  
Grat. c. 1.  
Q. 1.  
Brakar.  
Can. 1.

Can. 38.

DIOECSANA

Pro-

2. Provin-  
ciales &  
Extraor-  
dinaria. PROVINCIALEM Visitationem dicimus, quæ peculiari  
Supremi Magistratus autoritate tum demùm instituitur,  
cùm vel hæreses aut schismata quædam in illius regnum ir-  
repperint, vel publica Religionis reformatio, vel Ecclesia-  
rum necessaria inspectio suscipienda fuerit; Et propterea  
Visitatio isthæc Extraordinaria censetur; Cujus sicut Actio-  
nes cum Diocesana Visitatione coincidunt: Ita quoq;  
exempla S. literæ & historiæ Ecclesiasticæ haud pauciora sup-  
peditabunt. *Samuelis sanè hac in re diligentiam plurib. prædi-  
cat S. S.º qui postquam universam domum Israël ab idololatriâ Baa-  
lithicâ repurgasset, circumibat singulis annis Bethel & Gilgol & Mi-  
spha, ac præter judicium seculare quod unâ exercebat, populum in  
vero Dei timore & cultu continebat. Elias antequàm raperetur  
in cælum, Ecclesias & Scholas Prophetarum in Bethel, Jericho & ri-  
pâ ulterioris Jordaniæ circulari q. itinere invisit. Inter alia, insi-  
gne proponitur exemplum Visitationis Provincialis in R. Josapha-  
to: Is enim tertio regni sui anno, Principes suos unâ cum Sacer-  
dotib. ac Levitis emisit, ut per universas urbes Juda circumirent  
& docerent populum, ex Libro legis Jehova, quem secum circum-  
tulervnt. Ezechias rex Juda constituit, ut egrederetur univer-  
sus Israël qui in urbib. Juda reperiebatur, & frangeret statuas, &  
succideret lucos, & demoliretur Excelsa atq; altaria de universo Ju-  
da & Benjamin, in Ephraim quoq; & Manasse. Josias quarto re-  
gni sui anno, Juda & Jerusalem ab excelsis, & lucis, & simulachris,  
& sculptilib. & aris idolorum mundare cepit; Lucos, simula-  
chra & sculptibilia conterens & comminuens, illaq; spargens in su-  
perspiciem sepulchrorum qui immolaverant eis, ossaq; Sacerdotum  
comburens super altaria ipsorum. Postea principem civitatis e-  
misit, instauratum domum Jehova &c. Quod si quantos labores,  
quantum studium, quantas expensas Constantinus ille Magnus in  
abolendâ gentium idololatriâ, in constituendis Ecclesiis, puritate  
Religionis & cultus sancienda & conservandâ, Templis exstruen-  
di,*

VISITATIO

dis, Ecclesia Ministris honestissè alendis & largissè remunerandis  
impenderit, percensere velim, initium facilius quàm finem invene-  
ro: Aliquot enim hisce describendis libros consumpsit Eusebius.  
Theodosius junior singulari fide erga Divinas leges imbutus, simu-  
lachrorum fana funditus dirui imperavit, ne quod posteritati ve-  
stigium pristini erroris compareret; Quam mentem illi Ambrosius  
inseruit, ut author est Theodoret. l. 5. hist. Eccl. c. 37.

Neq; minùs Svecorum Rex GUSTAVUS I. initio sui  
Imperij, Religionis reformationem magno conatu varijsq;  
modis tentavit, institutis nunc cum regni Ordinib. & pro-  
miscuâ plebe colloquijs, nunc Disputationib. de præcipuis  
Doctrinæ Christianæ capitib. inter D. Petrum Galle pon-  
tificium & M. Olavum Petri Nericiensem orthodoxum.  
Veràm quia ob insignem Episcoporum Pontificiorum &  
quorundam Magnatum pervicaciam, res partim infecta par-  
tim suspensa diu detinebatur, & interea perniciosi tumultus  
ac seditiones, istius rei gratiâ, inter fines Regni excita-  
bantur; Synodum Provinciam ad festum Purificationis  
Mariæ, A. C. 1529. Orebrogiæ Rex convocavit; Ubi tum  
vera Evangelij doctrina solenniter recepta, & pleriq;  
abusus Pontificij, etsi ob furorem plebis non quidem penitus re-  
jecti; Attamen juxta Scripturam aliquomodo repurgati  
manserunt usq; ad A. C. 1541. Tum enim habitis tempo-  
re Epiphancias Christi Ludosia, in extremis Vestrogothiæ  
partib. Ubi Pontificia superstitiones etiamnùm maximè vige-  
bant, Comitij, communib. omnium Incolarum suffra-  
gijs Religio Pontificia, unâ cum omnis generis abusib. &  
Idololatricis ceremonijs penitus abrogata: Atq; ut vera  
Evangelij Doctrina, nec non utiles & necessarij Ritus in  
Ecclesiâ instituerentur, Decretum fuit ut Biblia Sacra idio-  
mate Svecico typis evulgarentur; Et simul Visitatio gene-  
ralis in omnib. & singulis totius Regni Provincijs ac Dico-  
cesib.

PROVINCIALIS

scilicet susciperetur. Ad cuius expeditionem absq; morâ deputati fuerunt pijsi, doctissimi & prudentissimi aliquot Theologi; Quorum duo erant Primarij, Superintendens scilicet & illius Consiliarius, quibus plenaria cum Doctrinâ tum Cere-  
moniarum reformationis autoritas committebatur. Illis adjugebantur ex Ecclesiasticis & Politicis nonnulli, qui Conservatores religionis vocabantur. Hi omnes Diplo-  
mate Regio & certâ Reformationis instructione expedi-  
ti, demandatâ Visitationis cursum circa universum Re-  
gnum, non sine maximis molestiis, & satis diuturno tem-  
pore continuatum, ad felicem tandem & optatum exitum, *Divino auxilio*, perduxerunt.

Epilogus.

Atq; hæc sunt, quæ de Regni Christi in terris seu Ecclesie militantis, è partibus suis cum Essentialibus tum Administrationibus rectè constitutâ, legitimâ Gubernatione perpetuâq; Conservatione, in præsentia dicere precium operæ existimavi; Nullus dubitans, *ubi rationes adductæ ab universis, imprimis autem ijs qui dignitate ceteris præstant, quantâ par est diligentia iudicioq; expendantur, quin omnes & singuli ad suscipiendam, retinendam, continuandamq; prædictam Ecclesie administrationis formam, sua consilia & operas faciliè atq; alacriter sint adcommodaturi. Ad quod pietatis officium, Deus opt. max. præstantissimos quosq; in nostrâ patriâ suo Spiritu Sancto clementer exsuscitare, consilijs salutaribus instruere, & tam vires sufficere, quam successus felices illis largiri benignissimè dignetur, per & propter Filium suum Unigenitum Ecclesie suæ redemptorem, ἀρχιεπίσκοπον & caput unicum; Idq; in gloriosissimi sui Nominis laudem, Ecclesia augustissimè in incrementum & plurimorum hominum æternam salutem, Amen!*

Porrò ut de meâ, ad illustres huius Dioceseos Ubsaliensis administrationis vocatione, tandem aliquid in medium adferam; Tancum abest ut illam me quispiam vel aliqua

Epilogo aut

quâ ratione ambijssè, vel ultrò aut adplausu aliquo suscepisse autemet; Ut etiam toto animo me ab eadem hætenus abhorruisse sibi certò persvadeat. Quemadmodum enim muneris Episcopij, quod jam ultra xxviii. annos, non sine gravissimis molestiis sustinueram, dudum mihi pertæsum est. Ita cum primùm rumusculus ille Stockholmie Anno præterito increbuit, Mei quoq; in Electione Archiepiscopali à quibusdam mentionem factum iri; extemplò nuncianti respondebam: *Quòd si Archiepiscopatum Mylionis auri lucro mihi cessurum quispiam sponderet, Ego sanè tantas difficultates tanto precio non redimam.* Enimverò angustioris rûs *Μυλων* molestiis hætenus enectum ferè, multò amplioris, adde etiam difficilioris curâ insuper defatigare; Quid, quæso, esset aliud, quàm certissimè destinare internecioni? Malè habuit hic fervor non ita paucos, Politici haud minus quàm Ecclesiastici Ordinis Summates, Quorum; Illi partim obliquis increpationibus, partim amicis cohortationibus; Hi assiduis obtestationibus & fraternæ *συννεχίας* promissis animum emollire, & à præconceptâ opinione demoliri satagerunt. *Flagitare isthoc, inquit, non solum ipsam oblata Provincie dignitatem, presentis temporis necessitudinem, & Fratrum ac Ministerij expectationem; Sed etiam ætatis meæ grandioris reverentiâ, officij hætenus à me exantlati diuturnitatem, rerum in eodem gerendarum experientiam, & qua alia muneris istius rectè administrandi plura requirantur adminicula.* Regerebam; Esse quidem hæc non levis momenti argumenta; Eiusmodi tamen, quæ ad tantas tamq; inextricabiles officij Archiepiscopalis molestias devorandas persvadendi viam apud me haud obtinerent. Etenim quæ de Provincie istius dignitate, de presentis temporis necessitate, deq; Fratrum expectatione adferebantur, non me solum neq; unicum; Verùm alios etiam viros reverendos, tam in-

F 2  
MAURICIAUS tra

tra quam extra Episcopale collegium, non minus concer-  
neret. At vò atatis meae gravitatem, ut & diurnitatem ex-  
antlati officij, ab ampliorib. molestijs me excusare potius,  
quam ad eadem adstringeret. Experientiam quod attinet,  
illam quidem longo usu, etiam sub professoris Theolo-  
gicæ curriculo in hac Diocesi comparatam, non diffi-  
teor: Eandem tamen, si non aequè forsitan accuratam,  
mediocrem saltem etiam alijs competere, quæ crebrâ  
exercitatione aucta muneris Archiepiscopalis executioni  
possit tandem satisfacere. *Hac ita privatim inter Me &  
Dominos Collegas disputata fuere.* Ad ipsum vò Electionis  
actum ubi ventum est, iidem propemodùm, alijsq; plurib.  
argumentis in publico reverendi Ministerij concessu me i-  
terùm honestè excusavi. Addidi insuper, Possidere me Sren-  
gnesijs Bona quaedam allodialia, non usui tantùm rei fami-  
liaris atq; necessitati; Sed etiam honestæ recreationi accom-  
modata, quorum vel paria vel similia Urbalia neq; existent,  
neq; forsitan offerantur.

Hiscè alijsq; non ita levib. argumentorum ponderib.  
cum me satis superq; excusatû, imò à destinatis difficultatib.  
liberatum existimarem; Ecce præter expectationem quid-  
dam magni nominis, reb. meis, *ut sibi videbantur*, faven-  
tiores, præteritâ hyc me ad me Stokholmia perferunt, E-  
lectionem in Consistorio Comitiali de me sancitam, con-  
munib. ampliss. Senatorij Ordinis suffragijs esse adproba-  
tam. Deindè Stregnesium præterito vere accedens Illu-  
striss. quidam Regni Ephorus, idem de novo inculcavit.  
Ego verò sicut reliquos scripto; Ita Huic coram, *quantâ po-  
tuit sollicitudine*, onus illud modestè detrectavi; Verùm fru-  
stranco conatu. Paucis enim post hebdomadis Repræsen-  
tatoria Supremi Magistratus Literæ Strengnesii in meis  
adib. mihi redduntur, non idem modo injungentes; Sed  
in

EPILO aui

insuper minimè ambigentes, quin renquum quod  
spacium, ad Ecclesiæ in isto officio adificationem, *vel meâ  
sponte s'm adcommodaturus*; Id quod deinceps etiam in  
Conventu Stokholmensi nuperrimè celebrato, *posthabitis  
quibusvis meis Exceptionib.* latis superq; fuit repetitum, in-  
culcatum, ratificatum; *Cujus rei testes sunt Clariss. Dn.  
Dn. Professores, qui isti Conventui interfuerunt.*

*Quid jam mihi, Auditores clariss. diversis cogitationib. inter  
tot molestiarû procellas fluctuanti, faciendû censetis? An vò vocatio-  
ni legitimæ, & Sereniss. Magistratus auctoritati obstinatè resisten-  
dum? Aut privatim potius commoditatib. quam bono publico & Ec-  
clesiæ salutis consulendum?* Illud sanè & Sacra pagina, & Im-  
perialis dignitas, & præstita à me Obligatio in universum  
prohibent: Horum vò priore posthabito, alteri piè operam  
dandam, non minùs Spiritus S. ti commonefactio, quam  
conscientiæ judicium, & commissi officij ratio, supremo  
justitiæ Exactori tandem reddenda, omninò evadent atq;  
adhortantur.

Quod igitur felix ac faustum esse jubeat summus Ec-  
clesiæ architectus & animarum Episcopus Jesus Christus, *Supplica-  
tio.*  
cedatq; in sempiternâ illius Nominis gloriam, & optatiss. um  
Ecclesiæ emolumentum; Munus publicâ auctoritate mihi  
concreditum nunc, in nomine SS. & Individuæ Trinita-  
tis, volens volens aggressurus. Divinam tuam Majestatem,  
omnipotens & immortalis Deus, ex intimis cordis recessib.  
quam subiectiss. rogo, Me servitorem tuum Tuâ Divinâ vir-  
tute ex alto munias. Spiritu tuo Sancto illumines, & donis  
gratiæ tuæ benignè instruas; Ut praesidio tuo fretus nun-  
quam frangar animo, sed fortiter adversus Sathanam,  
mundum & omnes fanaticos spiritus dimicans, ita in mo-  
lestiss. hujus Vocationis cursu pergam, ut per me Doctri-  
na tua celestis magis magiq; propagetur, & Nomnis tui

F 3

me-

12 An. aui. 1115



A T T E N D I T A

CONSTITUTIONUM ECCLESIA-  
sticarū, quas UBSALIÆ IN CONVENTU CLERI  
Matthæano, die 22. Septemb. A.C. 1637. publicè  
propositas, ac communi consensu adprobatas, nunc  
verò ad ejusdem petitionem publicatas, non solum  
universo amplius: Diœceseos Ubsaliensis; Sed etiam  
totius Regni Ministerio fideliter observandas,  
atq; ad usum Ecclesiæ Dei piè transferen-  
das, amicè hortatur, & Officij ratio-  
ne seriò flagitat

L. PAULINUS GOTHUS

Arch. Ubsal.

CAPUT I.

De Synodis anniversarijs seu  
Cathedralibus.

Synodi:

1.  
Tempus  
& Perso-  
na.

I. Synodus solennis apud Templum Cathedrale quot-  
annis celebrabitur, mense Junio, circa Solstitium æstivū. trib.  
dieb. continuis. Ad quā omnes Ministri diœcesani agminatim  
confluent: Uno in quolibet Accolatu, ob incidentes necessita-  
tes, emanente. *Aliàs si quis absuerit, vel absq; veniā Archiepiscopi  
se subduxerit, penā in Ordinantiā definitā erit adficiendus.*

2.  
Finis &  
usus prin-  
cipalis.

II. In Sacris hisce Conventibus, præter alias actiones  
Ecclesiæ adificationem & Ministerij officia concernentes, ex-  
plicabitur Articulus aliquis Doctrinæ Christianæ juxta Or-

Ordinem Confessionis Augustanæ, certis Thesisibus compre-  
hensus.

III. Id ut rectè fiat, peculiare Officiarij constituen-  
tur, qui rei istius executioni operam dabunt, ceu sunt: 3.  
Officiarij.  
1. Præsès. 2. Orator. 3. Concionatores tres. 4. Respon-  
dentes totidem; *Quorum aliquis si Synodo instante, morbo vel a-  
lijs urgentiss. de causis impediatur; Idipsum Consistorio tempe-  
stivè significabitur: Et vel sibiipso vicarium comparabit, vel penā  
graviore adficietur.*

IV. Præsidis Synodici officium erit: 1. Theses proprio  
Marte conformatas, & judicio Archiepiscopi ac Consistorij  
adprobatas, typis maturè describendas committere; Easq;  
cum Clero Diœcesano tempestivè communicare. 2. Exa-  
men de Articulo proposito, ex Thesisibus cum Ministris con-  
gregatis, junioribus præsertim, instituere. 3. Illas ipsas in  
publicā Disputatione ab Opponentium telis vindicare.

V. Eundem Articulum; Orator Declamatione Latinā;  
Concionatores Svecicā ex Suggestu; Respondentes ex Ca-  
thedrā, pro modulo explicabunt. *Orationes illæ, tam Sve-  
tica quàm Latina, typis descriptæ, in Consistorio erunt reservanda.* 4.  
Forma A-  
ctionum  
Synodica-  
rum.

VI. Porrò actiones Synodicae hoc modo & ordine e-  
runt pertractandæ: Diei Primæ: I. Horis Antemeridianis:  
1. In templo Concio habebitur, *de Synodorum Consuetudine, u-  
su, necessitate, & alijs requisitis.* 2. In Auditorio: a. Constitu-  
entur Notarij publici. 3. Recitabitur Oratio Synodalis, ex  
memoriā. 4. Eaq; finitā, Inquisitio fiet de Absentibus à  
prioribus Synodis, II. Horæ pomeridianæ Thesium examini  
attribuuntur; *Cui Respondentium Tertius Oratiunculā, absq;  
chartæ inspectione, finem est imposturus.*

VII. Diei secundæ, Concione in Templo peractā de Arti-  
culi ventilandi Orthodoxiā; Horæ tam Antequàm Pome-  
ridianæ Disquisitioni publicæ erunt destinandæ; *Cui Secun-  
dus Respondentium, succinctā itidem Oratiunculā, memoriter Co-  
mponem addet.*

G

VIII. Die

PRÆXIS SYNOPTICA

VIII. Die Tertiâ, explicatâ è suggestu Articuli ejusdem reliquâ Orthodoxias parte, unâ cum Heterodoxiâ; 1. Eligendi sunt, communibus suffragijs, Officiarij publici ad Synodum proximè sequentem, *Quorum supra facta est mentio.* 2. Constitutiones Ecclesiasticæ à Cathedrâ recitabuntur, *Quarum ductu Examina & Consultationes instituentur, de negocijs Ecclesiasticis in iisdem comprehensis.* 3. Casus, Ministerium communiter concernentes, examinabuntur; Et juxta verbi Dei atq; Ordinantia præscriptum decidentur: *Privati verò ad alia tempora commodiora, vel si placet, ad diem Quartum reiicientur.*

Epilogus.

Ultimò, Primus Respondentium Synodo finem est impositurus Oratiuncula *δοξολογική, & παρακλητική* ad Canticum Zacharie, *Luc. 1. 68.* Cui subjungentur, ab Oeconomo Templi, *Preces & Benedictio Solennis.*

CAPUT II.

De Visitationibus Solennibus seu Diocesanis.

1. Accessus Visitationum.

I. Quò omnia & singula in Visitationibus concinno Ordine & temporis lucro, expediantur; Pastoribus ante diem Visitationum significabitur, quæ Ecclesiæ & quibus diebus Septimanæ visitandæ erunt; *Ut constet Auditoribus, quonam die Visitatores adsuturi sunt, atq; interà presentur, ut Deus instantem Visitationem ad Nominis sui gloriam, omniumq; ipsorum salutem dirigere dignetur.*

1. Actiones privata.

2. Pridiè verò vel ipso die Visitationis, antequàm Ecclesia ex pagis confluat, Visitatores inquirent à Pastore ejusq; Communiistro: 1. Quâ ratione Ecclesiam sibi commissam administrant? Quos autores & libros Theologicos perlegant? An Conciones, vel earum saltem Dispositiones conscribant? An verò ex tempore concionentur? *Quod*

PRAXIS

*Quod ipsis minimè concedendum.* An capita Catechismi in concionibus hebdomadarijs proponant; Et eadem diebus Dominicis ab Auditoribus instituto examine, requirant? An exercitia pietatis domi & in Familiâ habeant? &c. 2. Quæ Ecclesiæ istius sit facies & status? Quid omnium maximè in auditoribus, & officijs suis desiderent? *Scilicet quò minus succedant.* Quæ Scandala in Ecclesiâ illâ grassentur, de quibus velint Ecclesiam admoneri? *Et quæ id genus alia occurrant.*

11. Officium: 1. Præpositi.

3. Præpositus Accolatus visitandi in omnibus & singulis Ecclesijs suæ Inspectioni commissis præstò erit, atq; adhibita subsidiariâ Examinis operâ, Specimen administrati à se officij coràm exhibebit; deq; omnibus scitu necessarijs Episcopum & Visitatores commonefaciet.

2. Pastoris

4. Ante actum Visitationis, Pastor loci, vel Communiister Concionculam habebit, ultra horam dimidiam, unâ cum Litania & preceationibus nequaquam protrahendam, de Visitationum consuetudine & utilitatibus, vel Præfulum ac Pastorum Officio ac fidelitate, *Idq; ex infrascriptis, vel consimilibus S. Scriptura locis, Scilicet: Deut. 31. 9. 2. Par. 17. 7. Ps. 78. 1. Ez. 3. 17. Mal. 2. 7. Mat. 4. 23 c. 16. 13. L. 2. 46. c. 13. 22. c. 19. 45. c. 24. 15. J. 2. 13 Act. 10. 38. c. 15. 36. c. 16. 4. c. 20. 28. 2 Cor. 11. 28. 1. Cor. 4. 1. Heb. 13. 7. 1. Tim. 4. ult: 2. Tim. 2. 15. c. 4. 2. 1. Pet. 4. 10.*

3. Episcopi

5. Concione finita, factaq; ab Episcopo examinis *παρασκευή*, Pastor loci cum suo Collega idiplum continuando, & Visitatorum, in: suæ in informando coetu sibi concredito fidelitatis & industriae specimen monstrabit; Quibus Episcopus, Adfessores & Præpositus provincialis vicariam operam aliquandò præstabunt, prout usus & necessitas postulare videbuntur. *Qui laborem examinis in suo Accolatu & Ecclesiâ vel detenerit, vel negligentius præstiterit, penâ malè administrati officij adficietur.*

Examine: a Doctrina.

6. Absoluto examine Catechetico, Auditores ab Episcopo

β. Viteo

VISITATORIA

scopo interrogati, testimonium dabunt de fidelitate, vitâ & conversatione suorum doctorum; Et vicissim Doctores de diligentia, vitâ & moribus Auditorum; Ut necvis ab alterutra parte deprahensis, remedia tempestivè adhibeantur.

*y. Bonorū Ecclesiasticorum.* 7. Inspiciendi sunt codicilli bonorum Ecclesiæ; Et inquisitione faciendâ, cum de illis, tum de edificijs tam Templi quàm Curie Pastoritæ, num omnia sese rectè habeant.

*d. Casuū, & Bibliotheca Ministrorū.* 8. Tandem Casib. examinatis & decisis, vel ipso die Visitationis vel sequente; Et inspectis Bibliothecis Pastoris ac Diaconi, unâ cum Concionum dispositionibus, ad proximam Ecclesiam fiet transitus.

NOTIO: Catechetici examinis instructionem & modum legitimum, Verbi Praconib. subministrabunt Quatuor priores Tomi Ethica Christiana, vel Thesaurus Catecheticus L. Paulini G. Arch. Ubsal. Qui etiam ad Conciones Catecheticas conformandas maximo ipsis erunt usui, adeò ut alijs Commentarijs non admodum indigeant.

### CAPUT III.

#### De Officijs Ministrorum Ecclesiasticis.

*Ministrorum Officia publica sunt:*  
1. Publicè & in Ecclesiæ congressibus: i. Omnes actiones Sacrae, juxta modum & ordinem in Enchiridio nostrate præscriptum, accuratè perficientur: Inprimis autem quàm diligentissimè opera dabitur, ut Examen Catecheticum per totum annum, singulis diebus Dominicis & Festivis (exceptis summis Festis & trib. Dominicis tam ante-quàm post Solstitium hybernum) reliquis actionibus præmittatur. In Civitatib. & Ecclesijs populariorib. institui potest, finitis precib. vespertinis.

*Confessio.* 2. Examine finito recitabitur coram totâ Ecclesia Confessio

PRAXIS ECCLESIASTICA

publica, Quam immediatè excipit Kyrie eleison, & deinceps alia Sacrae actiones.

*3. Absolutio Communicantium instituenda est, nequam die Dominico, multò minùs sub decantatione Symboli, Quæ admodum hæcenus, non sine horrendo Clavis solventis abusu, & maximo piorum scandalo factum esse unicuiq. in confesso est; Sed Ordinariè & in pagis præcipuè, die Rogationum, Dominicam quâ S. Cœna celebrabitur, proximè præcedente: In Civitatib. verò etiam die Saturni, finitis precib. publicis, vel antea vel pomeridianis adhiberi quandoq. potest; Idq. ut ansam habeant, tam Ministri suum in Absolutione officium accuratius exsequendi, quàm Auditores ad salutarem S. Cœnæ usum sese præparandi.*

*4. Ante Communionem recitabitur Admonitio, de præparatione ad S. Cœnam, ex Enchiridio: Quod ut sine strepitu, & maiore cum Auditorum fructu fieri possit, Communicantes immediatè post recitationem Verborum Institutionis, seu sub decantatione & Sanctus, &c. ad Altare prodibunt, flexis genibus. Orationem Dominicam, &c. recitaturi. Reliqua omnia pro more usitato perficientur.*

### CAPUT IV.

#### De Præpositorum officijs Classicis.

*Præpositi: i. Omnes ac singulas suæ fidei commissas Ecclesias, Bis in anno visitabunt; Et præmissio Catechismi accurato examine, An omnia superius adnotata à Pastoribus & Diaconis, tam domi quàm in Ecclesiâ fideliter sint administrata, accuratissimè examinabunt. Navos vel in Ministris vel in Auditoribus deprahensos, si leviores sint, ipsi emendabunt: Sin grandiores, vel per schedulam ad Consistorium, vel in Synodis coràm referent.*

*et CLASSICA.*

2. Li-

2. Literas vel á Magistratu per Episcopum, vel ob eodem & Consistorio ad illos transmissas, Fratribus convocatis praelegant, praelectas fideliss. dabunt executioni.

## CAPUT V.

### De Officijs Ministrorum Domesticis.

*Ministrom A. Domestica: 1. Studia. 2. Exercitia Pietatis, in: 1. Precib. quotidianis. 2. Examinib. cum Familiâ.*

Ministri Ecclesiae omnes & singuli: 1. Quotidiè in S. Biblijs unum Caput mane; alterum vesperi, adhibitis pijs ac eruditis commentarijs, accuratè perlegant & resolvant: *Horas verò subsistivas, prater Concionum meditationes, lectioni Augustanae Confessionis, Libri Concordiae, Locorum Theolog. Chemnitij, Selneckeri; Job. Gerhardi, aliorumq; Scriptorum & Historicorum studiosè attribuunt.* 2. Preces Matutinas ac Vespertinas singulis dieb. adhibitis simul pijs Canticis, praesente totâ familiâ, absq; omni intermissione habebunt; Operamq; dabunt sedulam, ne vel illi, vel reliqui domestici mensam & lectum vel accedant, vel indè recedant, nisi precib. & doxologijs ad Deum habitis. 3. Examen Catecheticum. aliquoties in Septimanâ cum domesticis; Evangelicum verò dieb. Dominicis & Festis è templis redeuntes instituunt; Dieb. autem parascevas sub coenâ Evangelium in templo postridiè explicandum, cum brevissimâ Aualysi coram totâ Familiâ recitabunt,

## CAPUT VI.

### De Ministrorum Officijs Parochialibus.

*B. Parochialis: Informatio juven-*

1. Diaconi, *prater publica S. Ministerij Officia,* Juventuti plebeia Catechismi, Psalmorum & Evangeliorum lectionem & utum quam fidelissimè inculcabunt. *Ubi verò Ecclesia*

PRAXIS DOMESTICA

*et Ecclesiastica*

clesia aliqua Sacellano sustentando impar fuerit, laborem istum Informationis Pastor loci vel Aeditum in se derivabit.

2. Quilibet semestri ante festum Paschatos & Michaelis, Sacellanus suo Pastori; Pastor autem Praeposito, Discipulorum suorum numerum & progressum, chartulae inscriptum, commonstrabit. Praepositi verò in Synodis vel Visitationib. informationis istius rationem reddere tenebuntur. *Exploratio.*

Plura ad decentem in adionib. Sacris Ordinem spectantia, subsequè SYNODI, Deo vitam clementer prorogante, suppeditabunt. Quia enim Deus author est, non diffusionis; Sed pacis & concordiae, in omnib. Ecclesijs Sanctorum: Itaq; opera sedulo danda, ut etiam in NOSTRIS omnia decenter & secundum Ordinem administrantur, In illius Divini Nominis gloriam, Corporis ejus mystici aedificationem & salutem;

Illi sit honor, imperium, majestas, in omnia secula seculorum!

F I N I S.



et ECCLESIASTICA



La-  
bo-  
re:

Christi,

*Esa. 43, 24.*

Paratur  
Gloria:

Vocatio-

*nis, 1. Cor. 7, 17*

Æterna,

*2. T. 4. 8.*

Posthuma,

*Pf. 112. 3.*

*Syr. 44. 7.*



L. PAULINI GOTTI, D.  
Archiepiscopi & Academiae Ubsal.  
Procancellarij

ORATIO,

DE

DOCTRINAE COELE-  
STIS PROMPTUARIO, ET DUPLICI  
Eandem recte PROPAGANDI Methodo,

CONCIONATORIA nimirum & CATECHE-  
TICA, à DEO ipso, Dn. nostro JESU CHRISTO, Apосто-  
lis & Apostolicis Viris, omnibus mundi temporibus in Ec-  
clesiâ usitatissimâ.

*Habita Ubsaliæ,*

IN SYNODO ANNIVERSARIA,

a. d. VIIII. Septemb. A. clb. loc: XL.

*1. Cor. 4. v. 1. & 2.*

Sic nos aestimet homo, ut ministros Christi, & Dispensatores mysteriorum  
DEI. Id jam queritur in Dispensatoribus, ut fidelis quisq; inveniatur.

*1. Pet. 3. v. 15.*

Estote semper parati ad satisfactionem omni poscenti rationem de eâ, quæ  
in vobis est, spe, cum modestiâ & timore.



UBSALIÆ,

Typis PAULINIANIS, excudebat Amund  
Gres/ander. Anno ut supra.